

## LIBER TERTIVS.

## PARALIPOMENON

*ταῦτη θαυμαστῶν.*

## CAPVT I.

*De quodam animali habente manus.*

**E**R. I. in vesperi inuentum fuit animal longius, & non adeò corpulentum ut scarabeus, molle, cum quatuor pedibus, sed adeò distantibus, vt duo alij interponi possent. Color fulvus, fusco propior, robustum pro magnitudine: in cauda duo cornicula, totidem in capite: oculi pulchri, alacres, rotundi, non hebetes, vt scarabeis, admodum mobile: in dorso quasi duæ alæ exiguae. Supra priora crura, & prope illa à lateribus, duæ manus cum quinque digitis, sic conformatae, vt viderentur aliquid retinere posse, erat autem manus vna omnibus pedibus maior, vt monstrum plane videretur. Multa circa os aderant, cum adhuc plura amissiter, quæ igne famulus qui illud in culina deprehenderat, consumpsit: quod animal illud eum morderet acius, me tamen minimè. Dum verò vellem illud seruare, aufugit, condiditque se in latebrum. Nec sine augurio deprehensum puto, nam admodum mirabile erat. Vocatur hoc *cucurbitinu*: hæc enim cucurbitatum plantis tenerioribus, & eorum germina arrredit: nullum autem animal, quod ex putrimentaria oriatur, non abominandum est, præcipue cum raro & aliquid humani referat. Sed ferenda omnia equo animo. Eadem nocte v'lularunt præter solitum è fenestræ regione quatuor aut quinque canes ferme per horam: audiebant pueri domestici. Mane verò somniaui me pulchrum habere scrinium, quod imprudens cum trahere volo, intus perfregi quippiam: at ille qui dederat, dixit, fregisti; at ego hoc auditio delebam magis ob omen & pulchritudinem artificij, nihilominus dixit, ego consarciam illud, atque restituam: itaque ego interspem & metu constitutus, experrectus sum. Hæc omnia videntur præfigire errorem, ex quo omnia euertam, quod quomodo facturus sim non video, nec etiam viam qualiceat, nisi forsitan facili admonet. Renunciaui enim muneri profitendi Papiae, quod quanquam iure & certis causis fecerim ut pœnitere non possit, & ea ipsa die literas de hoc expecto: illud sanè parum me mouet, cum possim omnia in pristinum

restaurare, quod forsitan somnium ostendit. Illud magis refert, quod conditionem profundi Bononiam recepi, quam repudiare nunc vix possum.

## CAPVT II.

*De plantarum Germinatione.*

**R**efertur inter proverbia *mores sapientiorum*: *Vt quæ tardè germinet, atque ideò maxime immunis sit à periculo.* Et certè vix post æquinoctium diebus quindecim. At mihi compertum est sericum arborem tardius multò pullulare, sed non propria forsan ratione, verum quod omnis arbor è calida regione translata serò germinet, assuera non nisi magno calore turgere. *Vt contra rosas in calidas regiones traductæ, celerius* quæ ibi nascuntur florent, funduntque folia: quod si aliter fiat necesse est corrumpi arborē, quod etiam verisimile est ex natura rei. Nam morum ex Serica regione translatum esse, verisimile est: cum sit arbois bombycum, & ob id serò omnia producat: quod verò citò ferat fructum, ex abundantia pinguis huimidi constringit. Cesset igitur paroxysma in posterum, concedaturque ea laus sericae arbori, non moro. Hæc autem arbos habet aculeos eximios, in modum cornu formatos, aptos ad purgandos dentes.

## CAPVT III.

*De coronis circa solem.*

**P**Ridie Nonas Maij anni M D L X I I , hora quinta dici, apparuere duo arcus circa solem: minor perfectus & pallidus; maior imperfectus, procul distans, roseus & purpureus. Quocirca illud dubitare contingit: si maior ex minore oritur vt vult Aristoteles, quomodo colores illi in maiore vividiiores. Si minor ex maiore, quomodo ex imperfecto & dimidio paulò maiore integer? An non eadem ratio quæ in iride: sed hoc ex duabus nebulis circa solem sed mirum est vna oriri, vna extingui? Irides autem ex vna tantum nebula. Ego tamen vidi horæ spatio.

## CAPVT

## CAPVT IV.

*De Ronta pisce.*

**R**eferunt Rontam piscem non valde ab-similem Bottæ fluuiali, (est enim & ille fluialis) magno ac suauissimo prædi-tum iecore, quod eximere solent pescato-res, vel totum, vel maxima ex parte: atque pisces in viuarium demittere: inde post aliquot dies non solùm consolidatum vul-nus, sed iecur aliud reparatum: vt cre-dam non habeo, nisi oculorum hirundinis pullorum exemplum. In his negare oportet iecur esse membrum principale, aut id esse illis iecur, forsitan tabescit inter-im. Nam imperfectis animalibus nihil vita necessarium esse videtur: velut testi-dinibus, quæ absiso capite, eruto corde etiam, per diem viuunt, vt sint quemad-modum nobis ad vitam, in huinsmodi ad diuina vitam necessaria. Quod si quis dicat, quod aliquando spectauimus anguil-lam exenteratam per spinam, in multa frusta diuisam, excoriatam, tostam in veru, sed non perfectè coctam, etiam in lance se torquere: nonne pro miraculo habeb-itur? At in perfectis animalibus nihil eius-modi videbis. De eo tamen pisce nihil certi habeo, sed audii.

## CAPVT V.

*De struthio quodam herba genere.*

**R**efert Amatus Lusitanus seu potius Ioannes Rodericus, iuxta patrium opidum Castellum album & Niliam, quod illi propinquum est, herbam nasci caule bi-cubitali, inter vastos lapides murorum, nec alibi ulli quod viderit, folio parietaræ, sed risino flore, albo, passerculo ad vnguem simili, sed lanagine quadam ob-ducto, qna etiam caulis vestiri solet. Refert hoc in passerculos ibi nidificantes, ex quo rum semine infecta herba radix hanc effinxerit plantam. Nihil non est pulchrum si fides integra sit. Sed dubitatur, quoniam videtur ob gloriam captandam quædam confinxisse de venæ aiugæ constructione, in quibus & de re, & de teste, à Falloppio vita sanè vt videtur graui, coarguitur in obseruationibus Anatomicis. Sed tamen Amatum virum doctum esse noui, & mul-tarum rerum conscientium. Si quis deliquerit vo-lens, non pudeat eximere paucula, vt fides reliquis haberi possit: nam ego libenter non solum à me, sed ab aliis recognita errata recognoui, nihil tamen sciens aliter quam se haberet, recitauit; nec vt facerem, vlla causa induci possem. Etenim vide quanti referat verae haberi: nam si hæc ita se haberent, maximum naturæ arcanum, &

Tom. X.

## CAPVT VI.

*De Portento quod mihi apparuit.*

**A**nno M D L X I I I. Undecima die Ascilicet V. Idus Iulij, cū essem Papæ, & renunciassem profitendi muneri, iamque acceperam responsum è Roma, quo Bononiæ accersebar, sed non tam honesta vt par erat conditione. Expectabatur Princeps, cuius præsentiam exhorrescebam: non vt ingratii, sed vt non grati. Itaque omnia mea negotia & status confusa erant. Sequenti die recepturus eram Paulum Andréam, è familia Capitaneorum de Vilanterio, puerum annorum quatuordecim. Tum Mars ventura die Venus ac Mercurius iuxta decimam partem Leonis coibant: quos Luna trigono ex radio in Sagittario penè iunctos appetebat. Habebam in indice manus dextra Selinitem in annulo, & sinistræ Hyacinthum Chrysopacium, cuius supra memini, quem nunquam dimittere solitus eram, cum esset sati magnus & exagona figurâ. Selinitem è digito detraho, & sub ceruicali condo, ea opinione quod somno aduersaretur, atque ob id sèpè idem facere solitus eram: hyacinthum retineo, tum ob alia, tum quod ad somnum conferre videretur. Ob-dormiui ad mediam ferme noctem, vbi expurgiscor, rursus non inuenio annulum sinistra manus: excito Iacobum Antonium Scacabariorum puerum annorum quindecim, qui mihi erat vt dici solet à pedibus, in cubiculôque dormiebat: iubeo illum quærere annulos; statimque sine lumine sub ceruicali Selenitem, vbi eum reposueram, inuenit: Hyacinthum ego primum cum diligentissime quæsisem, inde ille, ipse non inuenire potui. Unde tristis ob omen ad mortem usque, propter ea quæ superius in tali eventu scripsi, animum desponderam: vix enim naturalem hunc calum posse esse putavi. Vbi paululum consedi, colligo animum, iubeo puerum ire, atque è foco ignem deferre. Respondebit, vt reor, quod laboris pigeret tene-brasque exhorresceret, extinctum prorsus esse ignem in vesperi. Iubeo vt accendat candelam ex igniario: negat esse schidia, seu sulphurata, & formites: hæreo: tandem me colligo, tentemus etiam si præter spem omnem, quandoquidem intelligo si me conferam ad somnum, tam diro prodigio exitium mihi impendere. Itaque iubeo, vt ignem quovis modo quærat. Abit, excutit cineres, carbonem inuenit ceraso non maiores, imo minorem ac totum ardensem: excipit forcipe luminaria: tum ego non sperabam posse lumen accendi: admouet lychnum gossypinum, insufflat, accenditur candela nulla emissâ è pruna flamma,

111 2 quod

Quod mihi rursus prodigiosum visum est, ni scitulus puer hoc ipsum animaduertisset, monuissetque me, qui prodigium admirabar, nec tamen quomodo prodigium esset, intelligebam. Interim annulum quæro, anxius certe ne adhuc casu aliquo lumen extingueretur, sed statim annulus inuentus est sub fulcro in solo, è media regione lesti, vbi esse prorsus non poterat, nisi omnino manu translatus; è revoluti propter formam nullo pacto poterat, nec è verti, sed potius aduersus spondam necessè fuit; nec quod decidere erat: cœnical enim pluteo superiori iungebatur ad amussum, & spondæ eminebant in lateribus, nec vsquam rima fatiscebat: vnde puer etiam ipse, quamvis ego solùm admirationem præferrem, vix præ timore stabat. Scio multa dici posse, sed certe nihil, quo ostendas viro minimè superstitionis rem non fuisse portentosam, indicantemque status & existimationis eversionem: inde præter spem omnem collecto animo, & Dei præsenti fauore recuperata conditione alia non minus insigni, habiturum etiam priora in potestate. Inter reliqua autem insignia huius casus animaduerti, cum primum annulum inuenisset, dígito cum me intrusisse vt puer educeret, nec potuisse, adeò dígito hærebat, vt ille adhuc magis admiraretur: quem etiam postmodum statim deposui, non resumpturus, nisi omnibus quæ ventura sunt excussis, cum tot annis aduersus fulgura, pestem, vigilias, cordisque tremorem gestaverim.

Quæ autem euenerint, & qualiter, quantumque hoc prodigo tam manifesto adiutus sim, nunc subijcam. Primum igitur capi cogitare, vnde mihi pericula imminerent, decreuique sequenti die, tum maximè quod parum prospera valitudine fruerer, domo pedem nulquam efferre. Itaque contigit, vt me mane ad Academiam inuitarent, excusauit valitudinem. A prandio rursus insolita mihi re ad cœnam coniualem: forsitan si adjissim, extremam ac funestam: nam qui inuitauerat postmodum me loco electo subrogatus est. Et quanquam illum tam nefarium esse non crediderim, per alios tamen id quod concupierant inimici, fieri potuit. Satis constat opportune aduenisse omen, quandoquidem eo die vt dixi decreuerimus non efferre pedem è domo, nec vñquam alias ad coniunctionem ullum, nisi fortuitò, ea in vltbe sim vocatus.

Postea cum quippiam mali, sed incertatione, non tamen adeò ingens suspicarer, cogitabam vnde mihi mala eueniire possent. Recordatus operum quæ edideram, & cum nonnulla essent in his obscuriora, quæ ab æmulis in deteriorem partem accipi possent, scripsi ad Concilium, omnia illorum auctoritatib[us] iudicioque subiecti: quod factum næ ab ingenti periculo & infamia, vt post dicam, liberauit. Inde rediens Mediolanum, febre & ventriculi imbecillitate correptus sum; cùmque mi-

hi non sufficerem, ecce nuncius è Papia, vt inuiserem nepotem ex filio, quem ibi reliqueram extremo in periculo laborante. Coactus sum carpentum ascendere æger, & sub media die maximòque æstu; quippe nulla æstas feruidior aut atridior memoria nostra alia fuerat. Iui, & conualuit infans, ego verò imbecillitate dentis anterioris laborans, præter reliqua mala, dum consiliis aliorum mediorum acquiesco, etiam Erysipelas in facie contraho. Et penè perieram, sanguinem detrahere volens, nisi coitus luminarium ea die obstitisset: atque interim mitigari cœpit morbus, atque ea causa conscripsi libellum de dentibus dum laborarem, rediisque statim Mediolanum, nondum finito Erysipelite: tum verò me podagra conuulsioni affinis in genu corripuit, ea ratione eductus ex simili fluxione, dum libellum dentium considero, placuit experiri: successitque voto, & liberatus quamprimum per urbem inambulare cœpi, cum alias consuessem, licet è lecto surgerem, mensem vel etiam plus in domo terere. Itaque ex hoc profuit plurimum, exhausta magna pecunia, gloriæ, vt plures fanauerim ægros, iæsturāque impensarum sarcirem. His tot incommodis putauit satisfactum sanguienti fortunæ, sed decipiebat: namque vix restitutus sanitati, multis modis ita agitatus sum, de famaque ac dignitate atque vita pericitatus, vt vix servari potuerim: idque primum sic contigit. Quærebam ad solatium tor calamitatum puerum musicum, inueni & bonum musicum: pater dat in contubernium: sequenti die queritur apud me, audisse se quod Veneris causa illum accepérimus, & facta causa abducit. Ego qui non ignorabam me multos habere inimicos, ostendi id esse non posse, quod non pulchrum sed musicum quærerem, quod nemo è contubernialibus de hoc quæstus esset: quod annum attingerem iam secundum supra sexagesimum, quod maxima inuidia apud Senatum labaret: quod in luctu essem, quod nullus puer in domo mea versaretur: quod sanguis habita essent huiusmodi quæstiones in ciuitate, nec vñquam fuerim nominatus: cum ille non haberet quod obijceret, tamen perstabat in proposito. Tandem cœpit petere ducentos coronatos, inde ad viginti quinque singulis annis deuenit, atque ita detexit dolum suum. Sed dices, quomodo tentare ausi sunt persuadere posse tantum flagitium de te. Nihil non cogit audere liuor. Ruffinus B. Hieronymum, quo nemo continentior, & in Eremo habitauit, ausus est insimulare, quod Paula & Eustochio potiretur. Fidemque habuit apud multos, quod scirent Ruffinum fuisse B. Hieronymo amicissimum: ille tamen innocens fuit, liuor semper viam ad aggredendum inuenit. Quid dicas de detractoribus, qui plures fuerunt, quam ea in quibus ullus homo accusari possit. Quocirca meo iudicio non grauiter se gessit hac in parte, dum omnibus criminationibus respondere nititur.

nitur. Quod exemplum fecutus est Erasmus nostris temporibus & Valla aliisque, sed frusta; quanto satius est more Aristotelis, Scoti, Alciati, nostrisque, eiusmodi casum contemnere, qui sponte ventus sit.

Inde cum recusasse medici cuiusdam filium, qui gratis in contubernium meum collocare illum tentauerat, fretus ut plerique solent amicitia Principis, quam pro pretio atque pecunia esse volunt, talem ille commentus est technam. Edideram ego in laudem illius Principis librum, inde alium, in quo quærebar amicitiam eius mihi fuisse damnosam, quod in casu filij nimis in eo confusus, salutaria magis auxilia prætermissem. Hanc occasionem vir ille egregius natus, (quippe quæ in libro scripsisse ex me narrante illi hæc audierat) rogat ut velim filium suum suscipere in contubernium, ut velim pro eo spondere ac fideiubere, pollicetur facturum ut in gratiam redirem Principis: quasi factio meo non suo ab illius amicitia me subduxisset: dixi non opus esse hac gratia aut amicitia. Interrogantur cur respondi quoniam filium meum seruare noluerit, aut non potuerit; certè non seruauerit: tum ille testibus præsentibus exclamat filium meum culpa propria non Principis perisse; si non confessus esset, non daturum fuisse poenas: Senatum morti eum adiudicasse, non Principem: inde etiam adjicet me male dicere de Principe, caueam mihi quod Principi maledicam. Ad hæc verba accurrunt plures, fit corona: plerique, ex his quæ ille objiceret, audierant; quæ ego dixisse, non audierant. Demum cum sèpè ed rediret, me male agere, qui Principi maledicerem, id adiecit insaniens prorsus, quod ego nesciebam antea, aut non adeò certè, perisse filium meum culpa Sororij Principis, illumque nominat, ut Principem ipse accusauerit potius, quam ego. Nihil ad furentem respondi, præterquam illud, me prorsus non maledicere, nec maledixisse, imò ne cogitasse quidem, ut Principi quem colorem, maledicerem. Discedit ille omnibus admirantibus, & maximè à moderationem meam nouissent, ac responsum, multò magis qui prioribus verbis interfuerant. Ergo primum è technâ, qua facile quisque impudens vocare insontem in periculum potest, mihi imposuit. Quatuor post diebus in corona hominum, (eramus autem in foro venalium) fortuna quadam obuiam factus cum filio ac duobus socijs, inquit, quemdam affinem (cuius nomen retulit) Principis, iræ præcipitis sanè, legisse librum meum, in quo de Principe ipso maledicerem, iratimque parum absuisse, ne præsentem (affueram enim in aula interim) medium dissecaret, & in latrinam proiecisset. Verum ipsum obstitisse talia dicenti, mitigasqué hominis furorem: nec opus esse ut aliud quererem. Sperate enim illum quietum, intellexi, summam hominis impræbitatem,

Tom. X.

cui non sufficeret me iniuste apud illum accusasse, sed vellet ut pro calumnia, & illato periculo, tum præsenti iniuria etiam illi debarem: nec etiam periculum parui faciendum duxi, antea cum subjecisset, cauterem in posterum, ne de Principe maledicerem. Cùmque vellet cogere, ut polliceretur me eum laudaturum, idque negarem tanquam rem importunam, hanc responsonem ille exclamando in tanta turba hominum, ita vertebat, quasi audisse ex me, velle in maledicendo persistere. Vides amentiam hominis atque impræbitatem; tunc me perculit paor non leuis, sciens alioquin quot mihi hostes essent, quanquam potentes, tum quantum existimatio mea percusa casu filij, atque immunita foret, quanta ob virtutem flagrarem inuidiæ. Qualis iustitia coleretur in vibem, in qua cum alias semper ex Marcelli testimonio tunc, nunc maximè opes atque potentia pro viribus habentur. Itaque decreui oblistere homini. Dumque templum maximum ingredior, fortuna quæ Deo parente non prorsus me destituerat, obiicit Adrianum Belgam, eum cuius mentionem feci in libello de curis admirandis, hominem officiosum & gratum: natro omnia; subiungens si Antonius Pezonius adesset (Hispania gentis ducus hic est) sperare me tantam calumniam in caput nequissimi viri vertere posse. Tum ille, adest inquam, & in aula: accedimus ad illum, narro cuncta ex ordine; ille narrat præfector Mauritio patritio, Hispano singulari, tum humilitate tum probitate præstanti, bonarumque artium, tum linguarum perito: ornamente raro in tam splendida fortuna. Casu aderat Medicus ille, tum is quem minati aiebat: vbi audieront illum qui prorsus literas nesciret, legisse hæc in libro meo; cachinnos sustulerunt, grauitérque reprehenso medico, & stulto fæpius appellato, coram me demum increpato: am. c. am. non solum illum quem ille inimicum dictaverat, sed & quotquot affuerunt, Hispanos magna cum laude mihi reddidere, atque ita discessi.

Iisdem diebus, cum egerrimè adhortationibus Illustris primarij Antistitis Bonarotiei vix mihi tantum stipendij obtulisset Senatus Bononiensis, quantum in patria promerebar, ut medicinam profiterer: adeò peruersa sunt hominū iudicia, aut fortuna mea mihi aduersa erat, miserrimè à secretis Euangelistarum Matulianum; neque his contentus, cum sub hac spe muneri profetiæ Papia renunciasset, eas addidit conditiones, quas recipere nemo honestus vir possit. Minuebat etiam quod tenuiter concessum erat, nullas numerabat pro viatico pecunias: conducebat per annum, minoris existimatione prælati, falsas accusations velut veras me narrante non aduersabatur: ut tandem cogeret exclamare, abi res inquam, nihil turpius quam sic ornari, etiam optima conditione. Sed postmodum remissus est parum meliore animo ac obla-

III 3 tione,

tione, verum non tam tristi vultu. At ego omnia minus putanda duxi, quam truces vultus ac voces eorum, qui mihi dulcissimum filium eripuerent. Itaque et si iniquæ conditioni acquieciui.

Paulò post contigit, cum profitendi muneri Papia renunciasset, inde persuasus à quatuor Senatoribus, indignatique legati Bononiensium motus, ut denuo me professurum in patria pollicitus sim: mutatoque consilio honestum stipendium petere coepi, confusus etiam quod Senatus Mediolanensis intelligeret, me Bononiensem conditionem sui contemplatione respuisse: tametsi enim iniqua esset & ini quis oblatæ, postquam tamen nulla alia erat, acquieciuimus, non tam honeste quam necessariò: & ut pericula, quæ iam tum ut dixi, ijsdem diebus subieram, declinarem; cum Senatus inexpectato omnino euenter, me prorsus ex profitentium numero expungit. Nec satis fuit, sed per nuncium me monuerunt, audire Senatum accusationem de duobus summis criminibus, nilque obstatre præter nobilitatem & collegium, quin manus iniici iuberent, sed hi cauſis motos, me solum exilio mulctare velle. Sed nec tunc fortuna seu Deus defuit mihi: ea enim per eos dies acciderant, ignorantibus illis, per quæ uno verbo ab utriusque criminis suspicione, medum criminis me liberaui, coegerique eos negare verbum ullum unquam de huiusmodi in Senatu factum esse: cum tamen duo testes laureati de hoc ad me retulissent. Verum in expunctione perfisterunt, cùmque epistolis ac supplicationibus Senatum virgerem, deprecarer, quereret, ed deuenerunt, ut licet cum singulis hæc acta essent sine testibus, tunc puduerit negare acta, quæ inficiari, poterant. Tantum in auctoritate mea fidei repositum esse crediderunt, ut illos damnarent, quod ipsi tres aut quatuor pro toto Senatu ausi essent polliceri: me autem accusabant, quod epistolam quæ veniam petebam, permissem legi in Senatu, nec antea repetissem: atque ita loco profitendi excidi. Sic videntur hæc, ut Astrologi dicunt, pendere ex quibusdam astrorum congressibus: cum tot & maxima intra tam paucos dies acciderint: Sed nec omnia infausta, verum plura inexpectatum finem habuerunt: liberatus enim calumnijs illis, fama inclarui. Cives me singulari quodam amore, imò tota fermè ciuitas amplexata est, innocentiam admirata, & calamitatem miserta: liberati etiam libri ab omni suspicione. Ego iterum à Bononiensibus denuo missò legato restituus profitendi Provinciae. Tot inde è Roma Cardinaliū & à Consilijs praefectis epistola blanda gratiosaque, ut nil maius aut splendidius mihi unquam tota vita contigerit. Atque hæc omnia inter xij. Calendas & vj. Idus Octobris euenerent, tum alia etiam sed minora. Atque hi sunt fortunæ ioci, iratae, ludentis, assentratricis: Sed non sine manifesto numine Diuūm, vñ etiam in sequenti,

### CAPVT VII.

*De alio portento quod miki contigit.*

**A**ppulerau iam Bononiam xvij. Calendas Decembris; cumque res meas disponerem, accidit ut viij. Calendas (erat autem vigilia B. Catharinae) inuenirem insperatò sub ferrea arcula, quæ in scrinio erat, affabre iacentem libellum de Secretis, iam triennio ante ferme amisum: inde excussis omnibus saepius frustra quæsitum, ut familiarem quendam furti mecum insimilarem. Cogita modo toties quæsitum, nec inuentum, quis reposuerit? Deinde sub arcula ferrea, quomodo tam pulchre coaptari potuerit: si modo casu dicas latitatem inter cæteros libros ac scripta emersisse. Itaque seu naturale est, ut credo potius, ominosum, seu è miraculi genere, indicat ante triennium sub fine scilicet restituendum patræ tam optata, nam hoc præter spem est, nec utile sed tamen gratum. Constat tamen huic interpretationi somnium supra enarratum, quo declaratur futurum esse, ut semi regi inferuam. Sed Fata viam inuenient: est enim haec Prudentia velut à longè spectantis, quæ ad vnguem se declarabit ipso aduentu, antea Fato prohiberi nos, haud obscurum est.

### CAPVT VIII.

*De surdo & muto literas edoc̄to.*

**R**efert Georgius Agricola in tertio suo libro de Inventione Dial. Si ca vidisse hominem natum surdum & mutum, qui legere ac scribere didicerit, sic ut significaret quæ vellet. Atque ita possumus efficer, ut mutus legendu audiat, & scribendo loquatur: nam ex cogitatione memoria comprehendit, quod panis, gratia exempli, rem illam quæ editur, significat. Legit itaque ratione velut in pictura: per eam enim licet ad voces non referatur; non solum res, sed actiones & successus declarantur. Et ut ex pictura visa picturam aliam effingere, sub ratione etiam significati licet; ita etiam in literis. Ut enim vocis differentiae ex pacto significant res, ita rerum aut dictiōnum figuræ variae.

### CAPVT IX.

*De Divinatione melancholicorum.*

**Q**væd melancholici futura præuideant, innumeris confirmatur exemplis. Et etiam viri magni sub fine vita, vel etiam arduis

arduis in negotijs, vt de Bruto, Cassio, Cicerone, Dione, Syracusio, M. Antonio, C. Cæsare Dictatore, alijsque multis. Necesse est igitur hoc caulam habere ex his quæ nobis possunt hoc significare, velut vita quæ res humanas agit; Fati series, cælum vt causa, & genius nobis coniunctus: nec necesse est id esse in causa, atque sub eadem specie, quod inest nobis, & codem modo. Vnde res diuersa quadam videtur, velut si quis mulierem tristem, ac furia similem videat, vt Dion vidit dominum verrere, non est id simile ei quod accidit, scilicet vt mors sua, & prolixis, ac stirpis totius casus significaretur: constat tamen ratione, quod mulier inferna verat dominum, cum id in funere fieri soleat, exitium portendere. Ille tamen vidit non sub forma qua res successit, sed pro sapientia facillimum erat diuinare. Velut è diuerso si quis videat iunenculam formosam, vestibùque ornatam per domum incedentem, in cubiculūque condentem, incrementa bonæ fortuna expectare debet. At vero de Fato non videtur verisimile, vt series illa tota reuceat in animo, nisi animam exterius positam dicamus; quæ quod relucet in seipso, nostris sensibus per vitam communicet. De genijs nondum constat quod sint: neque cœuli modi sint. Forsan melius erit in cælum causam omnium traducere: nam vitæ non videntur nisi generali ratione, quæ paucissimis indiget, velut in numeris, ad hoc vt ad singularia deueniat. Ergo in his qui magis sunt à negotijs alieni, vel quia sapientes sint, talia videntur.

## CAPVT X.

*De duobus miris que mihi contigerunt.*

**H**oc anno MDLXIII. xvij. Calendas Augusti sub meridie, dum puer anno xvij. præfens esset, Ia: Antonius de Scabarotijs, cum ibidem esset cloaca, audiuius casum tabulae, quæ os illius tegebat, seu foramen: aut enim muro adhaerens cecidit, quod quomodo contigere potuerit non scio: aut elevata percutiendo murum, crepitum illum edidit, quod longè erat admirabilius: at puer sancte deferaverunt apertum inuenisse locum: & tabulam hærentem muro. Eadem postmodum fecit quod successit post sex dies: nam nocte quæ præcessit ix. Calendas, cum mihi essent tres annuli in digitis cubitum eunti, vbi primum experrectus fui, nullos inueniatis cogitabam more solito, quod sæpe id facerem, reposuisse super arculam quæ lectum propè erat. Vbi quererem nec inuenire, ignatio lumen accendi, & tres ipsos in lecto quasi iunctos inueni sub dorso, sed maiorem tamen primum. Pro hoc ipso satis intelligo, nunc aliquid mecum

esse quod agit: nam nec unum cum plures essent, aut duos sed omnes, velut cum unus inclusus firmiter exisse illi, ut omnes semper inueni. Sunt è spiræ mea tres: indicat eos in periculo futuros omnes hoc anno ne pereant: superfuturos tamen omnes, & graue in morbum facile euafios: vel rem vitamque niam, tum existimationem, postquam extra spem ferme ero, retenturum. At hoc vix contingere potest. Quomodo enim sub Pontifice optimo & amico, cum to illius ministris mihi familiaribus, sine ullo meo crimine, existimatio in graui periculo versari potest. Sed Deus omnia potest, & mentem meam obcaecare. Verisimilius tamen est primum. Accedit autem hoc hora I X. in initio: certè maius aliquid portendit quam vt diuinare queam: Exitus ostendet.

## CAPVT XI.

*De Tertio portento quod mihi contingit.*

**E**RAT NOX antecedens Quintum Idus Septembri, anni MDLXIII. horam no[n] teneo. Bononiæ eram in domo Ranuciorum, quæ adhæret cæmentis ruinosis Palatijs Ghislieriorum. Solutus somno, vinculum intercula quo collo constringitur, inuenio implicatum funiculo, quo Smaragdus, & chirographum illud mihi vt visum est, adè propitiū, collo suspendebatur. Conor explicare unum ab altero, atque eximere, sed res contracepsit: adè enim implicatum alterum alteri, atque implexum reddidi, vt decurtato funiculo chirographum cum lapi de ferme collo hæret, atque ipsum constringeret. Itaque desperans explicationem, confisusque in tenuitate vinculorum, vt si laedi me anima lucretem, statim confringerem: quieui superius vt dormirem: luce ipsa dissoluturus ea vincula & nodos, si qui essent, imo intortum funiculum, quod vix sperabam post horam, lucis etiam beneficio consequi posse sperarem. Sed non dormiui: verum vbi paululum immotus quieuisse, rufus tentabam an difficilis admodum futura res esset: & ecce inuenio lapidem sub ala, esse nodum omnem & plexus explicatos & dissolutos, nisi quod unum alterum ex vinculis equitate videbatur. Non audebam in tenebris, ne rufus implicarem, explicare: verum vbi sensisse solùm equitatem, sed tamē implicata esse, tentavi magna diligenzia, & illud pauxillum, impedimenta tollere, sic vt si non succederet, liceret rem restituere priori statui. Sed statim liberatus sum hac cura. Quare magnarum curarum insperatam ostendit solutionem: simùl que quod alias sæpe dixi adesse aliquid, quod non cernitur mihi. Neque enim dormiebam aut ebrios eram, aut ullo modo sum deceptus. Sunt autem res hoc in statu. Mediolani

dolani gener tenet omnia illa paucula quæ habeo, vt iam toto anno nihil acceperim? libri apud typographum sunt, nec impri-muntur. Hic nulla cum hora lego; con-spirarunt præterea multi aduersum me, confusa omnia: filius in carcere parum frugi. Auctores impedimentorum Princi-pales duo, existimo aut morituros aut dis-cessuros. Rem pacandam: vtcunque quietius post annum victurum. Hæc tum. Quæ modò successerunt sunt hæc: Mense Iulio circa finem adiuuante F. Alciato à libellis Sum. Pont. Pij I V. Medices virō cui pe-nè omnia post annum M D L X I, debeo, bona possidere cæpi: V II. Idus Augusti accepi libros impressos summa diligentia: maximum certè incrementum rerum mea-rum, V I. Idus Augūstī, discessit primus ille æmulus præter omnem spem, reliquaque conditionem D C C. aureorum, ac lucrum faris ingens & honestum, quem retinebat in Academia locum magna cum omnium admiratione: remansit solum impedimentum conspirationis medico-rum, quod ex successu apparet solui opor-tere. Atque ita paulò post annum elapsum, & illud omnino dissolutum est.

norum non indigebō. Erit autem accu-satio propter ignem & flammam & fu-mum: non venenum nec vis. Dices quo-modò ergo periculum, si ab intimis scilicet, & circa vim ac venenum? dico quod ignis magistratum significat. Sæpius videbitur extincta, sæpius inualescat. Parum pericu-lofa pugna, sed blanditiis & fide, non sine exitij extremi periculo librorum edi-torum, opum, sed maximè vita. Non la-dentur tamen libri proprii, quia nec illis qui aderant appropinquauit. Non exis-tatio iudicialis, quia nihil ex indumentis exterioribus: nec vita, quoniā non ex interioribus: nec res quia non culcitra pīcta. Iudicio ergo euadam: damnatus ru-moribus vulgi, & impensa non omnino leui, ob habitam fidem perfidis inimicis, & propriam oscitantiam. Possent autem in causa esse ciues, nam & hi quasi coniuncti sunt. In yniuersum damnum leue erit, pe-riculum mediocre, turbatio magna. Posse & hæc esse proslus naturalia. Sæpe enim talia contingunt merè casu: potest & esse admonitio, vt caueam iuvidiam, & amicos faciam eos qui præsunt, nec in illorum ne-gociis me intromittam, sed eorum conuer-sationem fugiam.

## CAPVT XII.

*De prodigo aduerso naturali.*

**S**equenti autem anno nocte quæ X. Ca-lendas Februarij antecessit, qua die ve-nit nouus Bononiae Gubernator Craßius: pridie autem somniaueram tria illa somnia: fuit autem annus ille salutis M D L X V. conflagravit lectus dum dormirem, nescio qua causa: experrectus puer qui in curuli lectulo dormiebat, me fuscitauit à somno, dicens ardere lectum: ego quasi irascerab illi putans ebrium esse, illico tamen cum ostendisset, surrexi, & extinximus illum. Postmodum conuersus ad somnum, cum somniarem timotosa, & fugam, seu hac causa, seu ob fumum, seu ob ignem, ite-rum solitus somno animaduerti magnam partem lecti conflagrasse: non tamen cul-citra picta fuit lœsa, nec vestis pellicea, nec quicquam quod ad indumenta pertineret, arsit. Ita magnus terror & periculum, & turbatio non leuis, leuissimā iacturā soluta sunt. Exusta sunt linteæ non tota, nec ma-iore ex parte: culcitra lanea, intenor(erant autem omnes tres) flagrabat. Prima vice flamma erupit bis terue, minus fumi, ia-ctura ferme nulla: secunda iactura & ignis coegerunt me surgere: erat autem prope diluculum, circiter septem horas ignis durauit. Fumus infamiam significat: ignis periculum & metum: Flamma maius & præsens vitæ periculum. Ignis occultus ille insidias graues, in grabato ex domesti-cis. Et cum ego mihi met accendisse, au-citore nullo externo, hæc ( quæ vix sic con-tingere possunt ), accident. Auxilio exter-

## CAPVT XIII.

*De celo crispato.*

**B**Ononiæ cum essem anno MDLXIII. B VI. Idus Octobris, vidi cœlum obdi-tum nubibus albis, totum crispatum; di-xisse arte singulari factum. Res tam admiranda quam pulcherrima viu: rarissima quidem, cura nunquam alias viderim in tot annis. Ut licet naturaliter sit spectacu-lum, tamen est mirum. Videbantur enim vnde maris tranquilli sinuosæ, breves, quarum alteræ ceruleæ & deniores, alteræ candidæ & peruviae. Causam fuisse necesse est vnum ab vno per vnum modum: sic enim simillima fiunt.

## CAPVT XIV.

*De Naturali maximo miraculo.*

**M**aximum naturæ imo sapientia Dei argumentum est, quod cum aqua so-lum terra superficiem æquet, ( nam hoc est necesse, vt animantium vita custodiatur) nunquam deficiat. Quod si deficeret exem-ple maris arenosi, nihil proslus ali possit. Secundum quod non excrescat: cum enim leuior sit terra, & maior, vel saltē æqua-lis, sole quod in imo est ad superficiem trahente, exiguis interuallis, deberet inun-datio subsequi: atque ita vel omnes esse-mus pisces, vel soli pisces. Tertium quod cum ibi sit, & calor vigeat, non putrefiat, cuius

cuius putredine omnia bene nata animalia interirent, solis vermis reiectamentis, ac quibusdam serpentibus superstitibus. Huic incommodo æstu maris succurrit: lacubus venti & flumina. Secundo decursus aquatum ad inferiora, & solis resolutio in media plaga. Propterea sempiterna necessitate tenebitur aqua, ut ad meridiem fluat ob salutem vniuersi: velut quod ea plaga exsicetur. Primo autem apposita fuere plurima præsidia: nox anni id est partes sub polo, quamobrem fieri non potuit ut sol circumambiret totam terram: nox terra frigiditas & venti. Omne enim liquidum motu refrigeratur, & ideo densatur. Quacumque verò habent generationis principium necessarium, ne vel momento desinere possunt, etiam contra operantibus causis validissimis: nam vel seruantur momentis singulis, vel aliquo in loco. Atque hæc pro Peripateticis: nobis autem qui statuimus ab initio temperata elementa, nec unum in aliud transire, sed semper eadem manere substantia & quantitate, quippe impatibilia; omnino nullum est miraculum.

## CAPVT XV.

*De ostio sponte ut videtur clauso.*

**A**ccidit sæpe, quod Bononiæ mihi contigit I V. Calendas Maij M D L X. V., dum ventus suavis exortus esset, Vulturinus ex coniunctione Veneris & Lunæ ut reor, que in X X V. parte Arietis facta est, dum vtraque descenderet, sed Luna Borealis, Australis Venus, nec tamen in cubiculo omnino ventus sentiretur, clausumque ostium ferme esset, ut rima tantum bariet, ubi paululum aperiretur, magna tamen vi occludebat: ut longè validius ab externo aëte trahi, quam impelli videretur; quod non parua admiratione dignum est, præsertim cum res quæ trahuntur ob aëris continuïtatem, seu ut dicunt Philosophi, vacui metu id præsupponant, ut in nullam partem aëri diffundi possit, quod ibi non aderat, cum in aperto extrinsecus aër moueretur. Vidi & mirabilius longè in eadem domo (quod si noctu contigisset ad lemures poterat transferri) parentem fenestra postem concludi, nullo intus impellente vento in externa: quamobrem dicere necessarium est, ventum, dum discedit, continuitate substantiæ trahere, cum antea quam alius subintrare possit, recedat. Ergo aës vel ut aries impellitur & trahitur statu: vel quod verisimilius est ab impulsu, ut pila refluit. Sed existimandum est utrumque accidere, postquam non raro multo post retrahantur valvae ac portes, quam impulsæ sunt, ut sit ventus quasi vnda quædam, & res coniuncta, ut ystum: cum non sit quod vacuum implere possit. Hoc igitur ita se habere credendum est.

*Tom. X.*

## CAPVT XVI.

*De vino sub aqua sponte ascidente.*

**F**lunt duo vasæ vitrea A B quod superiore parte solidum est, ut pro manubrio contineri possit, & aqua impletur angusto foramine in imo, quod est capax cerasi parui, ut aqua facile ingredi possit, quia non nimis angustum; nec egredi postquam plenum fuerit, quia non amplum, id est aëri non potest ingredi: aliud C D E, ore ampio fatis C, atque ita ut superposito A B rectè & ad amissim sic excipiatur, ut congruat undeque, nec vllibi rima patet: impletur autem vino generoso, quod inferius positum est: & si nigrum sit, magis evidens appareret effectus. Supposito igitur A B aqua pleno, confertim videmus quasi tenuem fumum vini minoris amplitudinis, quam sit osculum B ascendere usque ad F locum: atque ita eam partem sensim colorari, donec vas A B plenum vino videatur, vas autem CD multa aqua refertum est, quamvis tamè permista & ipsa vino. Atque ex eo tanquam minimè vino & bene permisto, Venetis solent exhibere ægris vini cupidis, quod non vitupero. Sed potest & est melius, quod ad effectum artinet, licet non ad speciem, album vinum adhiberi loco nigri vel etiam rubri: nam & hoc perspicuus patet ascensus. Cuius causa quæritur, quæ duplex potest assignari, & fortasse veraque adesse potest. Vna & per antiparistastim vino attenuato, cum iam, ut alias dixi, eti. si per se vini substantia aqua sit tenuior, ascendet paulatim, & in locum suum remeet, crassior autem subsidat: nam & in oleo idem contingere. Altera ut aqua pondere suo & superficie tangens paulatim descendat ob gravitatem: vnde necesse sit, cum duo corpora eodem esse nequeant loco, tantundem vini ascendere ad summum, imperi prementis totius aquæ, & vini propria levitate: tamdiuque hoc fieri, donec permista aqua vino partem illius exiguum inferius contineat ne ascendat. Ob id, id vinum cum paucitate, tum quæ quicquid calidum ex illo tenuerit, acre, genitosumque est, ascendit ad superiores partes, & ob id vini vas maius efficiunt.

K K k CAPVT

## C A P V T X V I I .

*De Vrcei aqua frigida bulliente.*

Cum Bononia X V I . Calendas Augu-  
sti anni M D L X V . in vrceo ampul-  
læ simili aquam Rheni refrigerandi causa,  
mane è pueris vnuis in imum putei demis-  
serit, sub cæna erat frigidissima, sed tamen  
bulliebat adeò, vt procul quatuor passibus  
strepitus audiretur: nec emissa magna par-  
te desit bullire, sed perseverauit horis cir-  
citer duabus, nec factura finem videba-  
tur, nisi cum impiegisset quispiam impruden-  
ter in funem, cecidissetque vas ac dis-  
fractum spisset. Erat enim figurinum, &  
vitro de more obductum. Credidi esse frig-  
gus immensum, per quod aér creta inclusus  
exprimeretur sensim angustis illius  
foraminibus, aut etiam vapor. Nihilominus res tam fuit admiratione digna, vt  
prodigiosa videretur: tum vero magis,  
quod eadem nocte, quæ diem præcessit,  
aut paulo ante, scilicet ad Idus Iulij, som-  
niaueram me prænomen Elmi accepisse, &  
familia rufus sancti Elmi; eademque die  
quæ nocti successerat, arcem S. Elmi in  
Melita insula Turcæ expugnarunt, omnibus  
ferme qui intus erant occisis: vt nef-  
cio quid magni augurari videretur.

## C A P V T X V I I I .

*De anseri habente quatuor pedes.*

M D L X V , X I I . calendas Octobris  
in Caupona solis vidi anserem, cui  
duplex erat anus: virroque etiam excre-  
menta, & quatuor pedes, sed omnino im-  
mobiles, quod prædixi narrantibus ira fu-  
turm: quandoquidem vel oportuit ha-  
bere duo capita, & duplex cor, vel moueres  
plusquam quatuor notis. Erat etiam ma-  
ius aliquid, nam oportisset animam illam  
habuisse facultatem generandi quadrupedes;  
igitur generasset omnem anferem quadrupedem.  
Declaratum est enim *Theomost*  
quod anima quæ mouet, generat iuxta fun-  
ctionem: igitur omnis anser suisset qua-  
drupes. Sed obiectio de musculis qui-  
buldam, qui supergenerantur homini iam  
perfecto, id est qui non indiget pluribus,  
sed est etiam perfectus sine illo. Ergo non  
darentur musculi ancipitis generationis,  
quales sunt musculi occipiti, auriculares  
vocati ob latitudinem & parvam longitudinem,  
sed præcipui illi duo aurium, qui in  
quibusdam hominibus mouent aures, cum  
palam sit hominem, secundum naturam  
non mouere aures, quorum meminere Ves-  
falius ac Falloppius, constatque experimen-  
to illos aures præter humanum morem  
mouere. Cum hæc igitur adueniant perfe-

cto homini, non debent posse moueri ab  
anima. Sed Vesalius lib. 2. cap. 13. non  
nouum musculum facit, sed longius ex-  
tendit eum, qui secundum naturam fit, at-  
que ita non facultatis animæ hæc mutatio  
est, sed materiæ vitium: attamen, vt dixi,  
constat nouos quosdam esse musculos, non  
ex sententia Vesalij, qui numeri diuersi-  
tatem in multa cum retulisset, hanc vnam,  
quod in aliquibus inuenirentur, in aliqui-  
bus non, prætermisit. Sed postea confite-  
tur de eo, qui sub cute volæ manus ad-  
nascitur, quem sæpe deesse affirmat. Sed  
& de pluribus aliis disputant Anatomici,  
velut etiam in brachio cruræque. Verum  
quid notius monoculo intestino, qui ali-  
quibus cum desit, in plerisque tamen vi-  
sunt, atque in aliis longissimus.

Hanc ergo doctrinam vellicare non de-  
cer cum æterna sit, nam plures homines  
cum sex digitis, animalia cum pedibus, du-  
plici membro generali inuenta sunt, nun-  
quam tamen visum est, quod motum ha-  
berent comparibus membris similem, aut  
quod per se mouerentur; alebantur & cres-  
cebant, non plus tamen mouebantur  
quam si cui tres sint oculi, videat. At de  
musculis cum primum in aliquibus defi-  
cient, in nullo abundant, fieri potest, imo  
neccesse est, vt singuli motum habeant: ipsi  
etiam loco deficientium ramorum sunt,  
atque ideo moueri possunt, quoniam non  
differunt, nisi vt abscissim à coniuncto:  
hoc autem ad materiam pertinet. Denique  
musculi in membra ordinati sunt: nos au-  
tem docuimus animalium & voluntatem,  
& motus initium in membris esse, non  
in musculis: mouent enim musculi bra-  
chium, quia brachium moueri incipit. Et  
ideò si quis aspiciat ad vera principia, om-  
nia conuentienter succedunt. Sed quid de  
puero bicipiti: in utero viuit quia sensum  
habet, & ideo etiam motum: nam absque  
capite non viuit, & quia ratione uno non  
alio: mouentur autem alia in utero. Cum  
autem dissecata fuerint, inuenta sunt duo  
principia prima, scilicet duo corda: neque  
enim ab una anima duo capita formari pos-  
sunt. Sunt ergo gemelli confusi, & ideo  
in ventre viuunt: nati ob mutationem &  
aërem statim moriuntur. Quod si una tan-  
tum esset anima, unum cor, caput unum  
per se moueretur, aliud per consensum ani-  
mæ matris: nec hoc monstrum viuum  
nasci potest, neque tamen mortuum pro-  
fus: viuit enim medium inter animal &  
plantam, sed vitæ plantæ planè. Cæterum  
medio modo inter viuum & mortuum ori-  
tur ac supereft ad paucas horas, nonnun-  
quam supereft diebus aliquot paucis: sed  
tunc vt dixi neccesse est, vel parte esse mor-  
tuum, parte viuens, unumque caput mo-  
ueri, aliud esse immobile; vel vt plerum-  
que accidit, & vt iam diximus, duo esse  
principia, duosque confusos in unum.  
Cæterum quod ad nutritionem attinet, ni-  
hil definitum: palam enim est nutriti quæ  
augentur, & crura anseris, non statim vbi  
nata

nata est avis , tanta fuisse magnitudinis facta , ideoque esse maiora : cumque motu careant , carere etiam sensu . Forma autem ab anima profiscitur , cum sit instrumentum non partis similis , quoniam ab alia anima originem sumpsit : duos enim aures ab initio formate natura animaque illae destinauerant . Fuit ergo principium cordis ac iecoris & cerebri aliud , sed primo manente alterum evanuit : anima autem nutritrix quicquid est inchoatum nutrit velut etiam in plantis , si hypericoni tertius ramus adnascatur , aut hippocloro geminæ lingulæ , aut in trifolio quartum folium nutritur : quod ea anima videatur magis annixa materia , quam quæ sensum præbet . Et ob id forsitan illa separari non potest , sed est perpetua in materia , non velut radius solis , sed alio modo : nam radius manet etiam sublato perspicuo . Videntur ergo generē differētis hæ animæ , vt quæ sensum præbet vna sit , sed materia opus communicat : mens autem vna neque communicat opus materia , sed ab ea auxiliū petit : quæ autem nutrit in materia est , aut materia communicat , sed non vna est : vita autem & quicquid separatum est , non vnu solum , & non communicat materia , sed ab illa auxiliū petit . Videntur autem in huiusmodi monstribus quod & ad seplasiam pertinet , sèpè animaduertendum : nam cuncte sublata & alligato crute non solum anseris , sed etiam canis , vt ita dicam , coalefcere , & quod maius est crescere . Quod aperte spectamus in gallis gallinaceis , in quibus dum castrantur , calcar in vertice positum , etiam sine vinculo , sed solo sanguine abscissa crista coalescit , ac non parum augetur . Itaque pecunia corradenda causa , multa talia homines machinari solent .

## CAPUT XIX.

*De litatione.*

**D**VO semper fuere quæstra : vnum in necessarijsquid fututum esset , alterum in agendis : an faciendum esset aliquid , an non faciendum : Horum causa multis vienabantur rationibus , destituti oraculis quæ in Græcia erant : sed præcipue tribus : omnibus ex his quæ contingebant veluti fulguribus , lapidum pluvia , partibus monstrosis atque similibus . Secundum extis hostiarum , quæ omnia ad Aruspices pertinebant . Terrium erat ex volatu aviū , qui ab auguribus obserabantur . Sed de extis nunc tantum sermo est . Hostia animal vocabatur , quæ sacrificio mactata inspectis visceribus præcipue iecore & corde , de futuris decernebat . Ea duplex erat : maior è bovinō genere , & minor cuiusmodi canes , sues , oves , capræ . Hostiam nullam licebat mancam aut debilitatam recipere , neque reluctantem , cum duce-

Tom. X.

rerur ad altare , nec quæ fugeret . Quapropter nec vinclam sed liberam sistebar ad sacrificium . Quod si aufugisset , oportebat vbi cumque primum inueniretur , occidi , & hoc etiam dirum & infaustum habebatur , vt refert Alexander ab Alexandro *Quarto dierum gentilium libro , cap. 17.* Hæ quæ ducebantur , si maiores essent , auratis cornibus insignes erant ; si minores corona è fronde illi Deo dicata , cuius nomine sacrificiam instaurabatur . Vbi sifesteretur hostia , eam aqua fontis Iuvernæ inspergebant , nec fas erat terram vale tangere : secus piaculum & triste omen habebatur . Precabatur inde Sacerdos , post circumuoluebat se , inde sedebat : vbi surrexisset , molam salsam (hæc farina & aqua saléque constabat) inter viçtimæ cornua fundebat , post vinum bibebat , & circumstantibus hibendum porrigebat : inde ætas è viçtimæ fronte vultus in ignem mittere : post gladium obliquum à fronte eiusdem ad caudam ducere : inde immolare . Atque id secunda pars erat sacrificij , nam initium à libatione inchoabat . Tertia erat litare , quod solum è toto sacrificio in arbitrio non erat sacerdotis : sepius enim immolabant , & persæpe litare non poterant , vt apud Plinium de viis illustribus . In Tullo Hostilio Ioui Elio litare non posuit fulmine itus , cum regia conflagravit . Et Suetonius in C. Caſare ante obitum : Deinde pluribus hostijs casis , cum litare non posset , introje curiam preta Religione . Erat ergo id ut Plutarchus docet in libro cur Oracula defecerint , cum hostia gladio , qui prælongus erat , ornatusque eburneo capulo ; clarisque ex æte Cyprio , vulnerata caput quassabat . At in Delphiis quæ immolabatur antequam Pythia descendere , non solum ut quassaret caput necesse erat , sed vi tota artibus contremiceret , succuteretur que stridenteribus ipsis partibus ob remorem : aliter Pythia non descendebat . Quartæ pars erat , cum viscera percontabatur aruspex , reliquum corporis ministris reddebat . Sepe in uno etiam sacrificabant nec litabant , quoniam extra inspicere non in animo fuit . Ergo quoties litaret , id est hostia signum redderet ex doctrina Herrenorum , à quibus omnia Romani accepérunt ad diuinationem , extra inspiciebant ; quæ si propria erant , sed non admordum , aliam immolabant : & si litasset , extâque felicitaria apparuissent , hoc erat summum bonum : si contra , infaustum . At si litare non posset , irritum negorū & dirum etiam habebatur . Peſſimum vero vbi litasset , apparuissentque extâ mala , inde alijs casis hostijs deteriora , aut omnino litare non possebant : nam hoc & confirmabat p̄iæcedentis sacrificij decretum , & quæcumque fierent in ictuū , casura deuinciabant . Non erat valde malum litare non posse , si quis à negotio desisteret , vbi de re quæ in arbitrio nostro esset , consulebamus . In ceteris qui poterant , instaurabant sacrificium , vt meliora experirentur .

KK 3 Et

Et quamvis, quotquot hostias cedere licet, quoniam tamen tedium erat sacrificare, & aruspex peritus exigebaratur, & hora diei matutina, idem modus erat.

## CAPVT XX.

*De Divinatione, iisque que ad eam consequuntur mirabilibus, ex oraculis.*

Am verò quod omnia unum sint, & in corpore, & corporea, demonstratum est in libro de Proportionibus: neque anima nostra Deus est, manet tamen ab illo, & una illi est, velut & anima plantæ. Diuinat autem tribus modis, quorum duo conspicui sunt, ac omnibus manifesti: scilicet sapientum conjectura atque prouidentia, & artium quarundam rationibus, ut Astronomi, Nautæ, Medici, hæcque pars ratione constat, & animam vigilantem expostulat. Et qui sic diuinant, sapientes habentur, quoniam & sèpe vera prædicunt, & causas prædictionum reddunt. At contra est tertium genus diuinationis, de quo nunc institutus est sermo, quod in parte animæ illiterata & rationis experie viget, in qua visiones ut ita dicam, Acephala, nedum sine causis apparent, ipsorum futurorum, aut etiam præteritorum, vel præsentium: sed quæ ignora sunt. Ut verò à calido solertia & diuinatione per somnum excitatur, ita condensata per frigus & vaporem, anima velut in antro Trophonio, in specu Délphos apparebant imagines rerum illarum. Condensabatur autem anima ipsa à vapore subterraneo: nam aquæ, & vapores, & melancholia, diuinationem efficere possunt, quia frigida & naturalia: vinum non potest, sed efficit lymphaticos & Poëtas: Calidum enim est, & res non à natura facta, sed humano artificio. Ob hoc proditum est literis, aquam Trophonij fons diuinationem efficeret & hauriatur. Mira semper fuit vis terrarum, & Aristoteles refert Caryst locum olim molles edidisse lapides, ex quibus linea cuiusvis generis fabricarentur. Et Plutarchus refert ex adyis illis oraculorum, non statim temporibus, sed per incerta interiualla effluxisse auram adeo suauem atque fragrantem, ut vnguenta optima ac pretiosissima referrent.

Fieri ergo consentaneum sit, animam inuicem speculi vapore illo coactam, representare aut concipere imagines rerum incognitarum. At si ita est, quid est quod concipit, cum ipsa sit quæ diuina sit: neque enim vapor tot quæsitius sufficere potest, nec etiam opportune respondere interrogationi. Deinde quomodo Deus quisquis est, rerum præteritatum memoriam continebit? nam illarum iam desire causa, fututarum namque esse possunt vel proximæ, vel priores proximis, Denum

quomodo à frigore anima congelari poterit: tum præcipue quod odor ille potius attester caliditatem, quam frigiditatem. Itaque non animam congelari sed potius instrumentum primum, qualemcumque sit, in anima autem omnium rerum imagines relucunt, quæ concipiuntur à spiritu, non aliter quam oculus semetipsum ex speculo aspicit. Cum enim ut dixi una sit cum Deo, omnium continet imagines, non ut fuerint, sed ut à causis pendent: infinita autem cum sint per voluntatem Pythiadis, ad præces alterius secernuntur. Neque congelatio illa sit à frigore tantum; eset enim ineptissima, sed cum illo: velut & oculus cum coagulatus est: virtute enim quasi diuina cogetur frigoris instrumento. Sic etiam cœlestes influxus alij sunt à calore atque frigore, non tamen sine altero eorum operari possunt. Ergo cum vapor cauſa sit nitoris in animæ instrumento, vapor autem è terra, terræ autem partes senescunt, necesse est oracula senescere, maximè in terræmotibus ut apud Orchominius Tiresias, quod murum ea causa euasit: aliisque multa apud Cilices. Idem ex aquatum inundationibus, tum verò per se vi ipsa senescente. Ipsa verò vis terrarum nihil habet admirabile, cum omnia possit. Quidam enim species statim homines occidunt; & olim, & nostra etiam ætate alij lymphaticos reddunt: immoda enim est si ad hemuncionis vires tanta moles comparetur. Oportet autem horas & modum præelicere in his si sapimus, vel quoniam non sine diuina mente haec fiant, quam propitiari habere oporteat; seu quod in cunctis negotijs diversa sit occasio in nobis intelligendi, memorandi, hilaritatis, ut Pythia ipsa bene sit disposita; seu quod in omnibus signa sunt melioris aut deterioris conditionis, velut in agro fertili, licei seges vbiique multa sit & bona, partes tamen sunt in vtraque ratione præstantiores alij, aut ignobiliores: velut medicus (cum in febre nulla sit hora cibi) eam eligit horam quæ sit opportuñor, scilicet cum febris lenior est, id didicit cum pectoris reperitur, pedes incaluerint. Et agricola scribit à pluvia non ab astu: ex victimæ enim horrore occasionem capiant. Fieri etiam potest, ut aliquid cum anima ipsa sit constitutum, postquam omnia vna anima comprehenduntur, quæ tam multiplex est, imò magis quam si diuila inter se essent: nam numero comprehendenterunt, nunc autem sunt infinitæ. Declaratum enim est à nobis numerum neque cum infinito, neque cum monade communicare, sed illa inter se, infinitum scilicet & monadem: Siquidem idem ille narrat, cum Pythias quædam sua ætate, ut reor, importunè ad edendum oraculum compulsa esset, primum vocem reddidit impeditam, & minime solita similem: postmodum horrendo clamore perterrita fecit astantes, & Nicandrum ipsum Oraculi antistitem: denrum restituta sibi & loco sublata

sablate paucis diebus superuixit. Ergo eligi præstabat feminam, ut qua ad huiusmodi afflatus excipiendo magis idonea esset: post etiam virginem castam, & ab omni contagio alienigenarum immunem, quandoquidem ipsa sit qua excipiat, ut non vapor, non Deus aliquis, aut dæmon, sed humana natura ab his transmutata, seu incitata, vel adiuta, conficiat hanc Pythicam diuinationem.

## CAPVT XXI.

*Quomodo diuinatione in nobis & miranda alia.*

Porr̄ ex his appetet diuinationis causa in nobis: cum nil prohibeat esse humorē, & forsū facilius quām in terra, quoniam vas exiguum est homo, & viuit, multāque iam mīstionem habet, quo spiritus perstringantur & speculares fiant, atque ob id imagines excipient, & fiat sensus rerum futurarum: seu in tactu cum corpus totum tremere videtur, aut odoratu, cum alienos sentimus odores, aut fragrantiam iuustitiam, aut tetros odores: aut in sonis per auditum, aut vidento: nam gustu quōd nimis materiarus sit, non sit repræsentatio eorum, quæ non verē sint: aut per somnia, aut in memoria cum aliquis rei non possumus obliuisci; cum imaginamur, & quandoque contingit gemitus & fletis sine causa, sed quoniam est sine cognitione, sufficient septem hi modi, quorum exempla vidi. Atque ex his præcipui scilicet frequentiores, & magis communes sunt somnia, voces & odores. Mihi autem peculiari fuit & tactus, non solum ut corpus totum contremisceret, & terram motum qui non esset, imaginarer, sed etiam ut cor morderetur atque dilaniaretur: ut sit duplex, quemadmodum & auditus vocum interiorum, & est similis tintinnitu, & exteriorum, & est similis vocibus veris. At vox mea imaginabatur assidue, se videre caluariam patris, qui erat absens dum vtero gereret Io: Baptista, & illa mortua est his diebus. Horum igitur omnium causa est, ut dixi, humor ille spiritus cogens in modum speculi. Et propterea superiorius diximus, quōd humor ille est melancholicus: idque ita intelligendum est, ut sit alienus à sanguine, & cuiusdam frigiditatis & siccitatis particeps: non quōd omnis eiusmodi humor vera sit melancholia, nec ut quævis melancholia hoc possit & vbius collocata: sed oportet ut sit temperata multitudine, qualitatibus, substantia & loco, & forsū propria quādam natura, quæ explicati non queat, postquam adeò rara est, & in valde paucis inuenitur. Quæ raritas non solum ob hoc contingit, scilicet materia singulares dores, sed quoniam quinque ad huiusmodi diuinationem sint necessaria. Primum

*Tom. X.*

motus causarum efficientium rem illam, ut mouent causas coniunctionis in eo qui prouideat secundum modum, quo mouet caulas in illo, cui effectus contingit. Secundum ut causæ illæ impriment in animam imaginem illius rei: Tertium ut moueant humorē illum qui cogit spiritus: Quartum ut humor ille cogat spiritus, & sistat eos per evaporationem, idē in talibus apparent hi flatus, & exhalationes, & motus, præter voluntatem & rationem, enī prauis cogitationibus, etiam quando sunt quieti, & sunt de genere melancholicorum flatum perpetuentur, licet flatus ille non in ventriculo, neque venis, sed in arteriis continetur. Quintum est repræsentatio, quæ sit speciem ab anima in spiritus illos adeò quietos, & lucidos, atque coactos. Vnde necesse est in huiusmodi contingere duo contraria simul: scilicet motum inordinatum vehementēque, & quietem extimam in spiritibus: & ob id inter hæc duo quia exhalatio non cessat, apparent imagines, ideoque momento tranleunt, & in hoc differunt ab his, quæ verē sentiuntur. Exemplum sit aliquis, cuius pater occidatur: habet pater causas quæ aduersantur vita sua eo momento procul dubio, aut ex astris, aut ex Univerſi ordine, quas Farum vocamus: sunt vero causæ vita patris coniunctæ causæ vita filij, ergo dum occiditur pater, causa vita illius percelluntur vehementer ut pater est, quare & coniunctæ filij ob sympathiam: quibus occulte concussis, in anima imago illius malis fed leuis sit, tanquam si procul id inspiceret; at quia species per sensum recepta caret, non communicatur spiritibus, neque rationi per illos: verum illæ eadem caula filii patris coniunctæ, solita moueri à sensibus, & mouere animam: cum non possint animam mouere defecta specie præsentis, mouent materiam illam, quæ mouetur, quoniam motus sensus exterioris atque interioris etiam plerumque tum cessat; sic enim vehementius mouetur, vnde sit exhalatio statim, & spiritus cogitur, densatur, & quiescit, ac redditur homo medius inter somnum & vigiliam: ideo si res accidat dormiente filio, certius videbit & præsentiet omnia per somnum, quām in vigilia. Ergo quiescentes spiritus statim imaginem excipiunt in anima impressam, atque mox filius necem patris præsentit, ac si præsens adesset.

Hæc omnia perspicua sunt & omni dubitatio ne carent, nisi id, quomodo causæ illæ absentes possint mouere animam filij. Et si quis adducat exemplū de fidibus unisonis cum unius lyra alteri compatiantur, ut experimentum docet, non satisfacit: quoniam sonus tamen adeò, qui est species sensibilis, & motus ad proportionem commoderatus: at hic nulla species sensibilis; non sonus, non color, odor, aut aliiquid simile: igitur vel dabitur sextum sensibile aut sensus sine sensibili. Respondeo

K K k ; quod

quod hoc non est simile experimento fidium lyrae, sed potius lapidis herculei, diligenter ferrum vbi cumque fuerit, ad septentrionem, quamvis seu vi cœli, seu terra, tam procul absit ab ea parte: quoniam quæ natura conuenient, spacio non dirimuntur, quoniam materia carent, & sunt incorporeæ: spaciū autem dirimit corporea, quia contactū agunt solum, non vi: ergo filius patri tam coniunctus est animo, naturâ, & cogitatione, si etiam distet X. M. miliariorum, quam si sit in eodem cubiculo, quod etiam ex aliis operationibus aperit intelligitur: velut amore, misericordia, testamento, desiderio, cogitatione. Multa autem ex his sequuntur. Primum quod quantum magis antea se dilexerint, & simul versati fuerint, eo magis evidenter talia apparent, & certè, & frequentius. Secundum quod quartò maiora fuerint mala aut bona, idèoque si in morte talia accident sibi: à causis enim validioribus mors & maximè violenta accidit, & validiores causæ magis percellunt. Tertium, quod in his qui mentem his rebus adhibent, evidenter talia conspicuntur: qui enim assueti sunt unicusque negotio, vel minimo indicio percipiunt, velut Iurisconsulti lites, Medicorum morbos, Architecti domus detrimenta. Vnde qui fidem huiusmodi adhibent, sèpe vident talia; qui autem negligunt, etiam si veniant contemnunt, nec animaduertunt. Est tamen ea vis in multis. Quintum quod si hac eueniunt dum homo dormit, & iam alimento distributo, optime percipit, minus si paulopost distributur alimento, iam tamen ce exacta: minus per vigiliam, dum homo nulli rci intentus est: minus etiam si per vigiliam soli contemplationi deditus sit: minus si edat, bibat, equiter, nullo modo cum inter multos verlatur, & loquitur: mens enim aliud auersa, non sentit motum tam exilē.

Coniectari autem in his oportet tempus minime distans à casu, & in quo homo magis vacuus est à negotiis: eo enim momento tem percepit. Vnde ob magnas occupationes, quæ tum acciderint & persecuerent, contingit præterite occasionem, & nil præsentiri. Multom etiam facit astutis annique mutatio, tum mensis, dies, hora, cogitationes, regio & cib: erupulæ enim dediti & ebrietati dediti, nihil horum sentiunt. Septimum, futura quoque in nobis eadem ratione præfigimus, quam præsestitia aut præterita in aliis: est enim leuitaris motus magnitudo ferme eadem. Quin etiam alij ab aliis mouentur. Cum enim fuerit in aliquo solum initium, motus perficitur ex vehementi commotione animæ alterius, cum sit una & eadem, natura vero similis. Ob id contingit, ut aliqui pueri maxime præsentiant, in quibus est initium motus, aliqui non, etiam si adiuventur. Nonum, quidam etiam præsentiant aliena: quoniam motus in his naturâ, observatione, & consuetudine validi existunt: ab id sufficit interrogatio: velut de his qui

ambulant super funem, adeò securè & firmiter, vt alium etiam in humeris ferant. Decimum multi etiam in huiusmodi contingunt errores, tum ob avaritiam, tum quia pudet fateri se non posse diuinare, cum non possint id facere: tum quia corpus aut anima haud preparata est. Ob hæc igitur bonum est per aliam conjecturam, maximè in voluntariis & alienis firmare iudicium: vt videamus, cum maximè tam exili motu percipiendis formis idonea sit. Duodecimum quidam parati sunt magis perceptio- ni vnius generis, quidam alterius, quæ est per memoriam, & in qua imaginamur, levissima sive, quoniam hæ facultates facile mouentur: tactus maximè pertinet ad coniuctos, & ex magnis causis accidere solet: certissimus est vetus, inde sonus exterior, cum obmutata est vis percipiendi: post quem est interior, quasi sibilus, sed non est vt morbus, nam momentaneus est, & validior tinnitu: & cum impetu aduent: & percipitur ingressus eius, & ex qua parte, & est in cerebro. Et est semper index verborum non facti, exterior autem plerumque interitus. Post hunc est odor sive bonus sive malus, nec visum aliquod huiusmodi diutius durat. Duravit in me (cum malam omnino duceret vitam, & inde succedit morbus diuturnus ac ferme lethalis) odor sulphuris pene duobus annis. Carnes enim perpetuò sulphur olebant: fragranzia autem actis & incerta brevis esse solet, & diuinum quid sapit. Somnia vero primis duobus exceptis, omnibus aliis sunt minus firma. Decimum tertium, simul sentire ac percipere, magnum veritatis rei est argumentum. Anima quoque yr dixi per se percipit ex connexione causatum; verum cum nondum spiritibus quæ percepit, communicauerit, homo non percipit.

Huiusmodi est ergo nostra sapientia, vt anima nostra sapientissima sit, vt quæ via sit in omnibus, secundum sententiam eruditiorum Philosophorum, nos autem ignorari & imperiti. Quibuscumque etiam sapientibus & artium peritis contigerit habere hanc præparationem ad diuinandum, his necessariae duas prorsus dissidentes naturas, quasi Genius aliquis adsit, aut ipse ex duabus contratis compositus. Nam vt est peritus artifex, prudentiam habet humadam, vt vero diuinus hanc supernaturalem. Tales itaque aliis longè supereminent, velut Socrates inter Philosophos, Cicero inter Oratores, C. Caesar inter Imperatores: Galenus inter medicos, Synesius inter Imperatoris aulicos, Dion inter senatores, M. Antonius inter duces. Josephi autem genius insignis fuit, qui eum toties à morte liberauit, futura etiam ad dies ostendit, & charum ac potentem apud Flavios Imperatores reddidit, sobole etiam felici relicta. Hac igitur ratione, & cum Geniis, & sine Geniis, hanc diuinationem ad quam omnis mortalis gloria consequitur, tueri possumus, cum nullo indigemus genio ad quævis experimenta tuenda,


tnenda, aut ut illorum reddamus rationem. Sed & si genius addatur, causa manifestior fiet, vi deturque hoc verisimilium. Sic totam Platonorum scholam, Iamblicum, Plotinum, Artianum, Proclum, Porphyrium; cùmque ipso Platone, Aristotelē, atque suis asseclis Theophrasto, Themistio, Alexandro, Auerroique concordem reddemus. Vnum in utraque opinione commune est, vt Genius sit bonus & verax, animi mores prauis, vt in plerisque ex illustrioribus, qui genium habuisse feruntur: nam qui Genium fallacem & mores prauos habuerunt, omnibus his finis acerbis fuit, quemadmodum Brutus & Cassius, & M. Antonius: at qui bona natura fuere & bono Genio praediti, hi felicissimi fuere. Qui verò Genius malo nati, vita autem proba sunt, huiusmodi vitam degunt humilem & abjectam. Verum de falsis genijs non est, vt dicam: eadem tamen ratio horum ac ceterorum: imperitus militiae Dux, imperitus medicus, imperitus pictor, falsæ imagines, & permutatae, & oblæsa, veratum loco.

At dices quomodo odor ille ceræ potuit communicari omnibus domesticis, si propria fuit prouidentia tua? hæreo hic, stupeo: si dicam fuissæ terræ halitum qui hoc patefecerit, vnde voces postmodum porcorum & anatum? nisi quis dicat ab halitu terræ commotos omnes ob odorem, quoniam illum consecutus sit: vi autem propriâ ostendisse imaginem porcorum & anatum. Sed eur non amplius hæc auditæ: E diuerso si genus est, quipsum fallit: an non praefiterit hæc non ostendisse: cur modò ostendit, cur non? cur tam vilibus se immiscet: nam non semper de magnis, sed etiam mediocribus, inde exiguis me monuit: labat res. Sed contra est illud, si res est solum naturalis, nam ut dixi naturalem esse conflat, & sola ipsa sufficit, cur tot annis siluit, cum opus fuit, renouata est: ab anno enim M. D. XXXVII. cum mater obiit, ad annum MDL V. cum de conductione Papiam ageretur, siluit; post ad finem anni M. D. L. V. cum vxorem duxit mensis Decembris fine; inde ad initium MDLXXI. cum multis modis ac sèpè se ostendit, tumultus terra per cuniculum effossis, frépitu incondito, cordis laceratione, & sibilo violento, & signo infasto in vngue. Itaque vereor ne non Dæmonis aut genij hæc actio sit: verum natura ut dixi suffragio: (neque dubitabile hoc esse potest Philosophis,) manifestè indiget ea ratione qua dixi. Cum verò agant illa velut & incorporea reliqua iuxta propriam essentiam; nulla varietate aut mutatione in deterius aut melius, & quæ nos minima ducimus, apud illos non minora sunt, nec quæ maxima maiora, sed neque in pulice pes aut promuscis, nec in Ephemero, quamvis una die non superciuituro, alia magis deficiat, quam Elephanto pes aut promuscis, existimandum est exhalationem & vaporem hunc

causam esse materiam huius tanti miraculi, agentem autem genium, stabilem & natura propria vi facultatem suppeditantem, seu ratione quadam diuina & immortalis. Ob id ergo differt, quod tamen immobile est Genij ratione: uno enim perpetuum est scilicet Genio altero, materia siquidem renouatur. Vbi ergo interim materia illa tam diu conquiescat, credendum est non immortam manere, sed interim exagitari per varias species: & qui hunc genium possident, in perpetua sunt agitatione.

Quocirca, quoniam dictum est de animali illo, quod nobis in domo infaustam eruebat terram, quoniam pæcto si hoc nostrum est, non solum ex illis, sed etiam ex extis Antiqui præfagari confuerant? Referunt Ciceronem à coruis etiam manifeste de interitu admonitum. Hæc quæ de foris adueniunt, licet manifestius attestentur genij vim, quam priora septem; tamen & ab illa vi fieri possunt cœlesti, vt puta hæc animalia consensu genitare, vt cum Aquila signum aut Gallina, quemadmodum Astrologi dicunt, in causa fuerit. Sed de his tractare hic propositū non est: nam quam assumpsumus materiam, satis per se ampla est, & magnum exhibet negotium. Quærendum est ergo cur hæc in his vel illis magis veridica sint. Satis conspicuum est, veridicus magis euénire præfigia; cur autem, ita non satis adhuc declaratum est. Vnum constat, leges ciuiles non his fidem adhibere ob illorum inconstantiam: Et plerosque qui huiusmodi fidem habuerunt, infelices exitus sortitos esse, vt multis contemptu mélias vñsum sit, quasi non multò plures horum, quam illorum male perierint: atque interim infeliciter vixerint. Ut enim omnia obseruasse, demonibus sacrificasse, augurijs fidem præter naturalem rationem præstulisse, non solum impium fuit, ac leuis ingenij, sed etiam stulti: ita quæ vel nobis natura indita sunt munera, tum diuina miracula spreuissæ, contumacis & amentis, & sibi sapientis nimium est. Ergo aliquibus insitam hanc vim haud dubium est, quemadmodum & terris nonnullis, non tamen omnibus: proprium autem hominibus suspicere materiam ac constructionem, ad sui ipsius prouidentiam aut horum: nee simpliciter, sed quod ad illorum solum salutem attinet: nam & Astyages Cyri fertur prævidisse fortunam, a quo regno spoliandus esset. & Latus ab Oedipo se occidendum cognovit, ultra non videtur res progredi, nisi longa exérçitatione & victus abstinentia. Terratum verò exhalationes fatidicum docebant de bellorum exitu, de peste, de frugum inopia, exædificandis urbibus, exitum; tum regum de sua fortuna querentium, quid futurum esset: tam ampla, sed non magis admirabilis ratio, vt communis anima explicata tenebris elementorum, vniuerscuiusque cœuenti causam referret. Liber autem modum

dum tabulâ depingere , vt rei non arduæ nisi sola opinione typum tabulâ explicemus : Sint B effectus , A causæ , & nondum sit B Anima , C in qua causæ relu-



cent ob eam quæ dicta est rationem , propria vi , & ex consuetudine iuxta motio-nes , velut cum videris cadentem lapidem , caput constringi putas . Imaginatur simile B , reflectitur hoc totum *avertia* , in spi-rituum factam glomerationem in D , & ap-parente causæ E , effectus in F . Delitescunt autem causæ ob temeritatem , & quod so-lum aut maxime mouet C animam , de-fertur ad D , caularum imaginibus penè obliteratis . Illud sanè admiratione dignum & planè diuinum opus , tantum solum de-tegi ex hoc fatali ordine , vt præuisa non quicant præuerti , sed de hoc suo loco di-ctum est . Leges autem , si populo huius-modi libertatem concederent , præuidisse quanta omnium futura esset confusio , non solum ob errores multiplices , sed & do-los ; Avaritia , Inuidia , Ira , Odia , cau-sam suppeditantibus . Quamobrem nec ni-si sapientibus permisum esse deber id est præudentibus , & modestis hominibus , & in evidenter signis . Quiescunt ergo hæc velut & pro opportunitate : magnoru-m enim effectuum aut principiorum magna sunt ostenta . Et quamvis omnia omnibus temporibus eueniunt solcantes , ni-hilo minus magis accident nobis ad ea in-tentis : proximè nullis intentis : minime alijs intentis . Selicita enim anima plura præuidet .

Ergo his coghitis , qui euidentem ha-bent hanc genij vim , & quæ totum per-uaget hominem multis modis non solum præcognoscendo , sed ex ipsa ratione rei , per quam præcognoscunt , velut somnijs , vocibus , susurris , spectris , odoribus , tre-more , strepitu animalium , inconsuetis actionibus admirationem capiunt , & id miraculo positi esse videntur , inde succe-dentibus rebus pro magnitudine conse-quentibus , ( nam talia magnis viris & ad magnam fortunam seu bonam , seu malam , euenire solent ) seu prudentia elapsis ab ingentibus periculis omnia videntur supra humanae conditionis fastigium euenire . Per quæ si non ad mala deflebas , nec ad humiliæ respiias , sed per ea Dei magnitu-dinem beneficiumque consideres , & veri-tatem amanter amplectatis , vitam quasi Deorum viuere poteris , & ad meliora te ac-

cingere ac maiora sperare : simûlque multa exigua , quæ anteâ molestiam afferre sole-bant , contemnere , tortus intentus aut di-uinis , aut veris bonis aut necessarijs : vt illud Socraticum , sed sub alio sensu , cum in nundinis esset , dicere possis : *Quot re-bus non indigeo* . Idem profitentur scribunt , & quæ scriplerint aut dixerint non recor-dantur , sed tanquam aliena recitauerint , omnium obliuiscuntur , in ecstasim , qui-busdam laxatis ostiolis cordis se ducunt , aliâque non minus admitanda faciunt , præ-sertim arte singulari quapiam adiuti , aut Philosophiaæ arcana initiati , quæ nunc dicere longum esset . Sed illud adjicere necessarium existimo , hunc concentum ut ita dicam medicamentis purgantibus dissolu , sicut & cibis quibusdam adiuvari : filios tamen horum partim infanos , partim ignauos euadere . Existimandum est autem sanguinem hunc in arterijs con-tineri , in ipsoque corde esse , aut prope cor , aut in ipso cerebro , & forsan tem-pe-ries quædam est alterius eorum : Et si cor-dis sit , quod verisimilius est : à principio enim rantium opus originem ducere cre-dendum est , erit in toto sanguine arteriali etiam . Quocirca raro vel nunquam hi pu-tridis febribus corripuntur , & diu viuunt , & iuvantur latâ vitâ , maximè & abstinen-tia ciborum , & yini multi , aut nigri vel rubri prorsus , & circa cor patiuntur , & perpetuò agitantur , & imaginantur : & eorum vita , & mores à communi vis sunt alieni .

Quæ autem in rem faciunt , com-mu-nia quidem seu propria sint , à somno si sumamus exemplum condiscere licet : nam in eo vel minima percipimus , quod sensi-bus neque animi perturbationibus animus no-ster minimè detineatur . Indicio est dol-or exiguis , qui dormientibus nobis ma-ximus esse videtur , experientis , quantus sit , appetit . In vigilia enim licet sensibus distrahamur , minima tamen est illorum vis , si ad perturbationes conferatur . Sub-latis ergo perturbationibus , quamvis re-linquantur lenitus , animus quasi purus & quietus dici potest . Ergo cum circumuo-luator ex se , & quasi leuis sit illius & po-lita substantia , minimo impedimentoo mo-tus ille , seu motui quiddam simile , quo rapitur ad principium omnia collustrans , & omnis particeps impeditur , nec discernit quecumq[ue] præter sensilia , quæ illi ob-jiciuntur , liberata autem vider plura maxi-maque pertinentia illis quæ optat : neque enim societatem suam facile deserere po-test , nec illius obliuisci ; dico corporis , filiorum , coniunctorum , opum , & quo-rundam est cura sapientiae : de his igitur ventura & præsentia etiam , non illi per-sensus percepta vider .

Sunt autem quæ illam impediunt cor-poris confortum & grauis sarcina , sensus cibis ac potus , sed præter omnia pertur-bationes , præcipue iræ , libidinis , avaritiae quæ iniustæ sunt . Cum verò hæc mouent , alia

alia quidem mouent, velut etiam vasa procul, in quibus præter genus atque id universale nil deprehendimus velut corpus: inde proprius vbi fuerint, ex motu quo animal sit: proprius etiam quod homo; prope autem cum fuerint indumenta & vestes, & ornatum: sed adhuc eo accedente ad nos, seu nobis ad illum quod agnatus noster sit: demum etiam quod nuncium ex vulnu afferat latum seu triste. Ita sonum exaudimus, inde etiam vocem, sed quid dicar, non intelligimus. Sed si clari sint animæ sensus, etiam verba percipimus, inde sit, ut persæpe in somno voces intelligamus. Quid ergo prohibet, ne idem in vigilia accidat? modò absunt perturbationes, & anima assueverit quieti, & huiusmodi tenuibus sensilibus operam dare: quæ licet hic contempta videantur & neglecta apud plerosque, recordantibus tamen nobis eò nos ituros, vbi vel longo tempore, vel semper talia experiri nobis necessarium erit, totiisque circa huiusmodi versabimur, quid est quod deterior pars hominum trahat meliorem? Id verò maximè certum est, si vel hæc à geniis, vel ab æterna substantia animæ contingat. Nam vel illi significant aliter quod ipsi procul dubio non loquantur, id secus non possint exprimere, sed veluti circulatores virginæ canibus quid veline significant, cum tamen alter homines cum sint, inter se aliâ viâ mentis, sensum inuicem reddant & accipiunt: vel quod sepe ut dixi in somnis, in vigilia etiam aliquando, licet lingua, voce, sermonique multò magis carent, non labra deducant, non aërem proorsus moueant, speciem tamen deatticulatæ vocis in aurem referunt.

Ergo genitorum hos motus non nisi percipiunt illi, qui tranquillam habent animam, & corporis substantiam tenem, velut per vasa ærea, & in nocte cuniculos fodientium strepitum. Vnde etiam Plutarchus in libro de *Demonio Socratis* refert, Apollinem Delphicum à Patre interrogatum, quid de filio ageret, respondisse: nil aliud curare debere, sed sicut eum suo arbitrio vivere: habere illum autorem meliorem sexcentis magistris: Quod tamen fabulosum esse reor, quandoquidem in tot operibus, quæ sub eius nomine Plato scripsit & etiam Xenophon, nemo huius rei meminerit, nec verisimile est pauperem patrem, cum in puerò nil plus splendere posset indole ipsa? Satis fuerit probatum fuisse ab oraculo, postquam probari à pluribus poterat. Sed quicquid in mentem veniebat his Græcis, ut plurimum posse videamus vitium gentis, mendacium Græcorum, arrogantiā Romanorum, & nugas Iudæorum, id totum trudebant in viri insignis aut mores, aut vitam, sed præcipue Socratis. At ille quidem Dæmonem esse prædicabat vocem illam, quam in *Apologiam* retulit Plato illius discipulus; hac in parte quodd̄ pius fuerit & laude dignus. Hoc dixi quod etiam addat Fimaris.

*Tom. X.*

chum ante Socratem obiisse, & cum Lamprocle Socratis filio, qui ante eum obierat voluisse sepeliri: ut constet Lamproclem ante Socratem mortuam, quod omnino verum non est, nec quisquam meminit; tum maximè quod argumentum mirum præbusset illis Scriptoribus, mira fingendi circa hæc. Quinimo Plato in *Phædone* recitat tres filios ad illum adductos: unum fam grandem, quem constat fuisse Lamproclem, duos verò parvulos: nam Lamproclem inducit Xenophon, quem matri iratum Sociates corrigit, ut despere omnino necesse fuisset Platонem, qui tum præsentibus scriberet, si duo filii tantum superfuissent. Hæc volui subiecisse, ut quisque intelligerer Plutarchū in historiis paulò fideliorē Mondigneto Hispano, qui quicquid in mentem venit, sub nomine celebris viri recitat: nisi forsan nil putat referre, quod ratione eueniire aut dici potuit id euensi aut dictum fuisse, si referatur, quandoquidem quæ fieri potuerunt aut dici, ea aliquid verisimile sit facta aut dicta fuisse. Et sanè talem inuenio fuisse Plutarchum præcipue in *Parallelis*, & in *bistoria Philosophorum*, nisi forsan duo fuerint.

Sed ut ad rem redeam, non inscièt illud animam dici, quæ omnino mersa est in corporeo hoc vnguine & pædore, quicquid prominet mens dicitur & existimat: quicquid suspicamur quod exterius sit eo, quod rdebeat tanquam è speculo, id genium vocamus seu dæmonem, cum tamen substantia sit eadem affecta diuersis modis. Quinimo, cum & superius & inferius conuertatur, & medio modo se habeat: superius quidem conuersa genius, inferius anima, sibi ipsi relata mens est; ut nec Hermodozi Clazomonij narracionem fabulosam esse omnino contendam, cuius anima relicto corpore vagabatur, redibatque multa annuncians, quæ alibi & procul viderat audieratque, donec corpus ab inimicio proditum concrematum est. Sed non discedebat à corpore, verum in ecstasi rapiebatur, adeò ut corpus præmotuum videretur, a quo interim iacebat ut mortuus, magis viuens sensibus quam in somno, & minus tamen sentiens corporeo sensu, quam qui dormit. Huiusmodi enim animæ ab initio secrete à corpore, parent superiori animæ à qua defluxerunt, futuraque præudent, videnturque Deorum voces audire: seu omnino audiant, seu sibi hoc solum persuasum sit ex commotione animæ, se in speculo animæ mundi per spirituum claritatem ac quietem contemplantis.

Sed qui Dæmones esse putant, asserunt eos ex hominibus feligere quos instruant; velut equites equos, venatores canes, ac circa illorum curam diligenter versari, & per symbola potius quam per sermones illos admonere. Et ut populo Principes precepta per præcones & mandata significant; fidis autem & intimis ipsi dicunt, tamen si

L L I breui

breuiter & multò ante & clarius: ita quibusdam hominibus & priuata & publica euentu significantur à Diis. Hoc autem maximè gnauis contingit, & qui sponte studiis, continentia, voluptatum & virtutis amore proficiunt. Hæc quanquam plenius ac facilius his quæ accident, satisfaciant: iudicio tamen meo & plura exigunt, quām qua necessaria videantur, & Deorum maiestatem minuant: & præterea nec congruunt his quæ eueniunt, cum multa falsa & vana in his cernantur, adeò vt qui talia dicunt, cogantur faceti Demones mendaces vt plurimum esse: quod naturaliter absurdum videtur, quandoquidem vel sine illorum fraude homo eadem passurus sit, & sèpè etiam deteriora. Quamobrem simplicissima via & naturalis maximè, ac experimentis quæ eueniunt consenteant, vt falsa vera, obscura aperta, magna exigua admittere ac tueri possimus: quin etiam animorum æternitatī magis fauens, quandoquidem diuinum principium in nobis statuimus, non alium è mutuo accipere cogimur, vt hæc ad animam ipsam solam & coniunctionem cum diuinis & incorporeis referamus, causam verò ad spirituum naturam & densitatem atque splendorem ex proprietate naturæ, continentia, visu, moribus ac exercitatione assida. Inde mihi cum illa relegem, quæ de voragine illa tenebrosa atque terribili referuntur, ad somnij nostri fatalis finem peruenisse videor. Vnde in diuersorium illud mihi recedendum esse mutato vita instituto, antequam id ingrederer, iam finem habituro, quanquam temporis incertâ metâ. Verùm quod ad Socratem attinet, ambitiosus nimis & ob id mejūrū irrisus esse videretur, qui sensum inarticulatæ yocis, imò potius sonum ad dæmonium, quod eo tempore quasi pro Deo habebatur colebatūque, referebat, seu ignorantia rerum naturalium, seu gloriae & nominis cupiditate, qua ut sèpius dixi supra modum flagravit, cum licet vera esset prætensio, fallere tamen etiam posset: nec adeò evidens, vt à Dæmonie profecta omnino videri debuerit, forsitan tamen in illo ( quod eum fecellit & verisimile est ) clarior & evidentior & illustrior fuit, & vt euentuum nonnulla experimenta certa recitat Plato. Vt cunque sit, velut aliàs diximus, omnia cum referantur in unum, licet pugnant inter se hæc opiniones, in Dei gloriam redundant: qui vel nobis custodes tam benignos, & tam sapientes, non sine delectu insignium animarum dederit; aut ita ab æterno mundum ordinauerit, vt connexu naturali substantiam eiusmodi homines præsentire possent, adeò evidenter & verè, vt merito Dæmonij præsentiam suspicari possent. Ergo Deo ipsi pro tanto munere vt par est, gratias immensas agamus, & habeamus: siquidem hoc & maximum est & admirabilius omnium eorum, quorum in hac vita certam fidem consequi liceat. An verò ex geniis hoc adsit nec ne, indiscutsum relin-

quere decreui: nam quædam suadent potius adesse genios, velut somnum illud patris Galeni, vt medicinæ filium traderet: videtur enim complexum quippiam maius prætensio, vt in quo tot seculorum gloria contineretur. Forsitan fuit spes de illo concepta causa huius: necesse est enim vt dici solet, qui frequenter iacit, aliquando collinare. Quot enim fuisse putas, qui similibus somniis moniti nihil profecerunt, sed horum non extat memoria: quapropter aliquid etsi hoc sit, & ad opinionem & veram rationem naturalēmque ac genitorum traduci potest: mirum autem si genius fuit illi, nunquam apparuisse; verùm in patre finem fecisse. Sed & galli visio illa terribilis, dum puer essem, nil me docens, ostendebat atri humoris potius vim quandam esse quām genium. Quorsum enim ille terror in somnis: si bonus, non debuit obesse; si malus, occasionem maiorem debuit expectare. At in oppositum est quod non rectè ostendit quæ sunt: nam affectus animæ per similia præsigere debent, an velut de somniis aliàs dictum est: sed vt dixi hæc ratione magis constant, illa sunt probabiliora. Si verò quis cupiat scire, an Genius interueniat ex interrogationibus & diligenti inquisitione, tum mutatione morum id conjectabitur: referunt enim irasci si deteguntur. At contra si mutatione vixtus & regionum, id potius accidat non ex Genio, sed naturæ proprietate id fieri. Existimandum est ergo eos quos coniunctos dæmones habere referunt, in eodem genere esse, vt per illas imprecatioes spiritus fide distant: atque ita ex illis reddantur imagines sub specie soni ac vocum, nonnunquam etiam quæ visui fiant conspicue. Duo igitur cum sint modi; Genius, & corporis præparatio, seu humoris vel spiritus; an forsitan tertius, scilicet, qualitas coniunctionis animæ cum corpore. Iuxta id verò animaduerrere decet, quod ad intellectum precedentium facit, octo esse modos imaginandi. Primus est per somnum, circa quod illud esset inquirendum, quod Aristoteles non docuit, multò minus alij: cur in somno quæ imaginamur, videntur sensu percipi, adeò vt vis imaginandi & phantasmatu in somnum versa videantur. Aliquando considerauit quodd non omnino semper, sed in somniis, in quibus homo expurgisci videtur, aut dum somnum se videre putat, aut in quo percipit se somniare, in illis homo per somnum imaginatur, sed hoc raro. Sufficiat rem attigisse, nam notitia illius solùm hic indigemus. Secundus est in estasi. Et hic est proximior vigiliaz aliqua ratione, aliquà remotor: Et de hoc quoque alias diximus. Tertius est cum imaginamur videare veluti montem aureum, nihil ad visum referentes, sed soli cogitationi intendimus. Quartus cum imaginamur ( montem vt dixi puta aureum ) & illum ad oculos referimus: sed oculus tamen non videt

videt quicquam, palpebrae autem sunt clausæ. Quintus est, cum eiusdem clausis, idemque imaginando, videre nos putamus, quædam dissimilia tamen. Et hic est duplex: vel obuersatur prius imago in mente, post in oculo: aut prius in oculo, post in mente. Sextus est eodem modo, & duplex etiam, sed quod oculi videre se putant. Simile est multum ei quod imaginamur: sed non est planè idem. Septimus vero est eodem modo, quo duo præcedentes, & duplex etiam ipse, sed est eiusdem: & ex his melior longè est qui habet originem à mente, & eam imaginem sequitur, illa qua est in oculis & sit clausis palpebris. Octauus est similiter duplex, & eodem modo fit: sed differt à præcedentibus in tribus: primum quod sit apertis palpebris. Secundum quod secundus modus omnino sit absque cogitatione: imo sit homine etiam alia cogitante, & hic est longè nobilior omnibus aliis: & est Dæmonium aliorum & eorum qui naturalia ignorant, seu Genius: & sit vi naturæ & coniuetudinis ut dixi, & arte. Et ob id transit in momento, & postquam homo viderit, aut audierit, statim dubitat an viderit: Tertium est quod hic modus est communis aliis omnibus sensibus: nullus alias autem ex quinque proximis, idest post primum ac secundum communis est vili alijs sensu. Sed primum horum qui sit apertis oculis, homine primum aliquid cogitante, inde oculis repræsentato est etiam valde pulcher. Et eff. similis præcantationi, & ille est de quo dixi in *Dialectica & quarto de secretis*, per quem vident mirabilia. Sed si non contingat videare, quæ cogitamus, pertinet ad secundum membrum: non est tamen sub illo quia in secundo membro oportet ut homo nil cogiter, quare hic modus ut pater habet tria membra, ut dixi in secunda differentia. Sed non est hoc dictum cum illo idem. Ut ergo rem perfecte intelligas, dico quod hic modus est quadruplex: Primus est dum imaginamur unum, & aliud oculis videamus vel audimus, vel alio sensu percipimus. Secundus est cum imaginamur unum, & idem videmus aut audimus, aut alio sensu percipimus, & est nobilior prædente, & vocamus spectrum. Tertius est cum nec imaginamur aliquid, nec cogitamus, nec alijs rei sumus intenti, & videamus aliquid aut sentimus, & est nobilior prædente, & vocatur Genius. Quartus est dum nil imaginamur, sed sumus alicui rei cogitatione, & sensu intenti, ut legendō aut recitando carmine, quorum recordamur, sentimus aliquid. Et hic modus est omnium magis potens, & vocamus Dæmonium. Et est duplex: nam illa que recitantur, conuenient rei, & vocatur inuocatio Dæmonum; vel non conuenient, & vocatur visio dæmonis aut Mortuorum.

Iam vero ne quisquam demiretur tota arcana animæ nostræ, quam constat multiplices habere partes, præcipuasque duas,

*Tom. X.*

intellectum agentem atque potentiam: qui transmutatur, quories phantasmatu contemplari contigerit, hique æterni. Præterea intellectus actius & patibilis, vocant alij practicum & materialem, & ratio ipsa atque huiusmodi: adeo ut si omnia quibus homo cognoscit inuicem misceantur, ingentem futuram multitudinem cognitionum admirabiliumque effectuum, qui ex notitia animi nostri proueniunt: nec non speciem incorporearum comprehensio- niumque, haud dubium sit. Sed nos nostras vires nolcere datum non est, ob nostram sociordiam atque improbitatem, seu ne Diis similes efficiamur in hac vita.

Peritio vero linguae aut artis incognitæ ad Genium pertinet, & naturalis esse potest, non tamen perfecta, quoniam instrumenta non sunt preparata ad illam actionem; non accentus, non pronuntiatio, magis autem intelligunt linguam quam loquuntur. & artem exercent, rationem reddere nescientes, velut hirundo de nidi constructione. Etenim lumen illud velut solis per opacum & coloratum vitrum visionem quidem efficit, sed nec puram, nec absolutam, nec constantem, sed tamen sine illo videre non licet. Et est alijs modis: ut ex celeri transmutatione rerum plurium vice fungatur, & per connexa & ea quæ deficiunt, sensum conjectetur: velut in notis obscuris & symbolicis appellatis. Vnde quanquam velocior est mens, quoniam ordinem quendam supponere necesse est & perfectionem, necesse est quod non intelligitur eius esse loco quod deest. Propter hæc ad eos, qui hæc tractarunt, magis huiusmodi notitia pertinet. Atque hic verisimilior modus iuxta accepta ab alijs principiis, ille iuxta prima. Etenim nobis in Gallica lingua cuius imperiti sumus, & alijs in Latina talia contigere: hoc quidem vna die, ac perfectius ob præparacionem maiorem, illud paulatim magis, quod neque pater eam nouisset.

## CAPVT XXII.

### *De umbra in nubibus.*

Entia ad Saxolum oppidum, IV. Calendas Septembres, animaduerti in nube foramen rotundum, & umbras quasdam, adeo ut nubes mihi murus ad vnguem videretur: hoc autem contigit, quoniam cum sol occideret, nubes in oriente erat, ut tum barborum, tum lapidis alicuius aut nubis exiguae intermediae umbras, nubes illa maior quæ ad perpendicularum supra horizonem insisteret videbatur, exciperet, & fenestræ rotundæ & muri imaginem referret.

## CAPVT XXIII.

## De Demonum nominibus.

**F**inxere , seu quoniam ex effectibus ita esse crediderint veteres, incorporearum substantiarum inferiorum nomina diuersa; *Damonem* id est sapientem , *Cacodemonem* id est pulchrum & propitium sapientem , quem vocamus bonum genium ; vt contra *Cacodemonem* malum & infastum genium . Genium quidem incorporeum cui assistimus , a quo norma viuendi ostenditur. Idem *lar*, id est domesticum auxilium , vt contra larvam, terriculum , & nos exigitantem : *lenus* quod à nobis seiuinctum est : velut facies nostra in speculo visa: sed in digniore quodam nomine refertur. *Meliorimos* autem idem est quod egregius quidem dæmon : at *Heros* anima hominis insignis infasta congreſsu , licet nomine & appellatione plausibilis.

## CAPVT XXIV.

## De Quadrâ videndis fallacio.

**C**VM aliquando essem iuxta adem Beate Virginis , quæ vocatur Nunziata , vidi in campo tabulas , quæ carulei coloris admodum pulchri videbantur, soli expositas : mirabar unde tam pulcher colo : Et dum accessum proprie adhuc tales videbantur. Deinde proprius accedenti , & ex aduerso insipienti , ita vt tabulae quæ in situ acclini posita erant , inter oculum & solem posita essent , eas esse corio argentei coloris animaduersti non carulei correctas , adeò vt color albus splendidus , si non spectetur ab aduersa parte , qua à sole illustratur , caruleus videatur , tunc intellecti fore eandem rationem de cœlo : qua enim parte caruleus videtur tempore sereno , eadem candidus est & illustris , quodcumque sit , seu aëris , seu mane quoddam , vt ita dixerim , seu corpus perspicuum , vt crystallus : quod nunquam remoratur , folis radios remoratur , nec ex aduerso illustrat , quod cum contigerit album ac splendidum , haud caruleum videri necesse est.

## CAPVT XXV.

## De terribus.

**T**Ria sunt quæ triplicia cum sint , duo existimantur: Panis crusta , & medulla ; sed est tertium quod est optimum & suauissimum , semicrusta. Ouum haber luteum & candidum , sed est lac quod est

melius his , in illius summo vertice : at de his actum est in *Primo de Tuenda sapiente*. Tertium est ignis , in quo pruna & flamma , sed habet quandoque prunam quandam splendidam & candidam , vt flammam latam alpestrum , rutilantem , puram vt est lux solis , quæ aliquando perdurat per horam , et si raro ad quartam partem , frequenter fulget mirum in modum , & est lata aspera , & vt ita dicam boni ominis. Fit ex humido puro atque concocto carbonis aut ligni. Causam tamen propriam nondum inuenire licuit.

## CAPVT XXVI.


## De Hordei multiplicatione.

**N**uper , hoc scilicet mense sub initio Iunij ( quod publicè admotatum est ) cum quidam seruissit hordei modios Romanos XXX . (Est autem modius librarum XXXI V. & est tercia pars amphoræ ) collegit modios DCCCLXXXII . ( penè scilicet trigintuplum ) Id maximè mirum , vel inter causas naturales , vel prodigia adnumeretur : significat autem bellum equestre , aut tristici penuriam. Etenim immoderata quæque pro infastis habenda sunt , vt ex facta etiam pagina colligitur : Et si generalia sint , vt magna ybertas generalis : quo etiam argumento Thales opes quas parare poterat , ostendit : Etsi uno in loco ad obtentum eadem ratione referuntur.

## CAPVT XXVII.

## De Tonitu prodigo simili.

**N**Oste quæ successit diei xii. Iunij presentis anni MDLXX. sensi tonitru sape repetitum ingens circa medianam noctem , quæ ad xiiij. diem spectabat , & nepos meus ex filio Facius , & Amanuensis arque alumnus meus Rodolphus Sylvester Bononiensis. Hoc igitur cum mirum



videretur , scrutanti causam etiam magis mirum visum est. Sit ergo A terra centrum , B locus in quo nos , Meridianus & verticis circulus C E , erit igitur vertex C , itaque initium ex quo tonitru D , ibi solet decidere fulmen , cum alias cadat ex F , sparga

spargaturque sonus per circulum F circa circa sparsus, unde & à longè & sensim strepitus ille adangetur: tum autem neque procul veniens audiebatur, sed caput imminens, & nec augeri, nec minui, nec spargi, nec fulmen ceciderat; tum maxime, quod ut dixi saepius, ut potest eodem modo repetierit. Miraculum igitur triplex: Et quod toties in eodem loco repetierit: præcipue quod tonitru fit discissa nube. Cum ergo fuerit initium in D, oportuit ter discissam nubem in B, quod absurdum est, cum iam primò in tonitru discissa fuerit. Et quod discissa fuerit nubes absque fulgure vel fulmine, nam splendor à nobis nullus visus est, tum cum tres in eadem domo essemus: Et quod cum cœperit ex D, non auditus sit circumferri, atque aliò quasi à nobis tendere, ut contra alias aliunde ad nos. Iudicio autem initium habuisse ex ipso D, ad verticem posito, quoniam & tumcepit, & maximum fuit: nam quod aliunde venit, sensim & aliunde venire deprehenditur. Hæc igitur mira. Sed tamen quod sparsum non sit, causa est quoniam cum maximus esset strepitus ex D centro, quod proprius est B quoque alio puncto, in eadem rectâ G D H, palam est quod maior strepitus obumbrabat minorem, unde non sinebat illum exaudiri. Sed rursus cum descendendo ad K, quod est proprius B, quam D, non exaudiebatur, tanquam discendens ac simul crescens. (Nam in miraculo miraculum maius apparere haud absurdum videri debet; ut cum tres Soles cum corona quæ nulli opponuntur ex eis, sed in medio cœli superstat, cum illi in oriente & à latere seu occidente sint, videntur.) At id non audiebamus, quoniam maximum cum esset initium, necesse fuit ut desiceret, hoc autem apparuit: sed cum velox fuerit defectus, ut extingui potius videretur, & etiam insolitus, non potuimus bene aduertere. Discensus autem nequaquam: nam licet discederet ad K, velocius tamen cum perueniret ad L quam K; igitur solum exaudiebatur tonitru ē vertice, & non ē loco alio à latere potius exaudiri. De fracta autem nube verisimile est non semper in D, factam fuisse rupturam, sed prope in circuitu, quare cum strepitus foret maximus, in vertice videbatur.

Fuit ergo nubes densa ambiens verticem, cuius quod crassissimum erat fuit circa verticem D, ubi discissa saepius tonitru ortum repræsentabat. Cur vero absque splendore dicebat Plinius, cum aestate vehementius tonuit, quam fulsis, ventos ex ea parte denunciat. Non videntur splendores, cum nubes superius disrupti, & forsitan prope decidere, nihil tamen sequenti die auditum. Aut non forsitan necessarium, ut quacumque rupturam nubium fulmen aut fulgur sequatur. Sed quomodo tam ingens fieri strepitus, non lacerata repente nube? aut quomodo nubes repente lacerabitur absque vi ignis?

Tom. X.

Aut dicendum dormisse cum fulguraret, experitos strepitu tonitru, idque saepе contingit. Intonuisse aëre sereno, M. Ämilio. C. Hostilio Mancino Coss. cum vixit est à Numantinis, ac etiam illis ex fœdere deditus, proditum est.

## CAPVT XXVIII.

### *De strepitu nocturno.*

XVI. Calend. Julij cum hora quarta pri-  
die seu noctis antecedentis ad lectum  
me contulisset, renunciavit Amanuensis  
Rodolphus Sylvestris indicem ostendere  
sextam: cum non moueri horologium  
permisi, mouebatur autem multo  
celerius debito: nec ideo admiratus sum  
quod antecessisset. Bis euigilauit ante horā  
nonam, videbaturque longissimum somnum  
obdormiuisse, ut potest lex aut septem &  
amplius horarum singulis vicibus: unde  
admirabas, cum contra mihi spatia soleant  
videri multo breviora, quam sint. Propè lu-  
cem cum vigilarem, lensi arcum quæ pro-  
pe lectum erat moueri, quasi si quis sedens  
parum compte surgeret: timui valde, nam  
strepitus sat magnus erat, & arca nutare  
visu est: non sum aulus surgerē nisi luce  
magna; ubi surrexi aperte fenestrā, adhuc  
occlusis ambobus pessilo ostijs, diligenter  
circumspexi, & vel canis vel felis intro  
clausus fuit, nihil inteni, postmodum  
cepi horologium inspicere, index solum  
ac vix septimam horam superaperierat. Ita ut  
æstimationem mentis quinque hora somni  
plusquam XII. referent ad horologij  
alioquin celerimi vnam: Et strepitus ille  
inconditus nulla causa exauditus. Quid  
nam portendant hæc, tum id de tonitru,  
expectabimus. Intra diem lxxxij. scilicet  
Pridie Nonas Octobris captus sum, omnibus  
penè exurus honoribus, munere profi-  
tendi, penè ad mortem vlique condicatu-  
rus, magna iactura pecuniariū: vix  
dempta libertate.

## CAPVT XXIX.

### *De Ignis viribus.*

Cum alibi dictum sit optimam esse an-  
cillam quæ fida est, quæ bene coquit  
cibos, quæ munda & nitida, quæ laborio-  
sa & culta est; sexta conditio est ut parum  
lignorum absumat. Hoc facile præcipitur,  
non tam facile est exequi. Ob id ergo quæ  
coquuntur mutantur, quæ mutantur, assi-  
duitate motus maximè iuuantur. Videmus  
hoc in omnibus, & exemplis Molendino-  
rum à ventis agitorum, tum natiū  
ostendimus, ut scilicet sit indefinens flam-  
ma, & tanta ut proportione respondeat  
aque. Multa enim aqua à parvo igne non

L L 3 feruer

feruet, pauca consumitur, aut salsa aut amara euadit, antequā coquatur. At quāta esse debeat, à duritate rei & magnitudine coniecturam lumen. Ut ergo quod coquitur minori aqua indiget, mollescat tundendo: & in frusta diuidatur, ut minus euadat. Quinta cautio est, ut tegetur: sexta ut lebes lebeti superponatur: tam facile enim eodem igne plures quam unus tantum feruer. Septima ut ligna incisa circumponantur, ut tota ardere possint. Octava ut ligna facile ardeant, mediocris sint magnitudinis: & ex densa substantia. Adiuuans & folles ut videmus in fabris ferrarijs. Sed & densitas lebetis cacabive non parum prōdest. Vbi enim eiusmodi materia calorem semel conceperit, mitum quām potenter excoquat. Est etiam varietas in ipsis aquis non levius, velut pluvia melior, & differentia in aqua quae scaturit, & inter species non solum genera quae coquuntur: plurima autem inter ciceris, & si madescant prius: & quae iuuant conditionem veluti sinapis, peponum, cottes, cępi, ficus, vrtica, vitrum, &c. Sunt igitur præsidia quatuordecim.

## C A P V T XXX.

*De mortis præfigiis.*

**T**ria sunt, & quæ ad duo reduci possunt, quæ sita maximi momenti, an Mors immineat, nam colligere vasa oportet. Secunda an diu homo futurus futurus sit, & poterit enim magna amplecti negotia. Tertiū an quod sperat futurum sit, hoc enim quæsito terminantur res omnes humanæ. Igitur verisimilibus rationibus huiusmodi indaganda sunt, quem admodum etiam alias docuimus. Vultures igitur primum inter aves, & corvi: & nocturnæ aves, & noctuæ atque bubo. Vnde Virgilianum illud inter signa lethi Didonis:

*Solaque culminibus ferali carmine bubo.  
Sepe queri: & longai in flatum ducere voces.  
Et alibi de noctua.  
Altis in parue subito collecta figuram.*

Has Oscines quæ cantu lugubri mortem prænunciant, velut corvi & vultures præpetes dicuntur, quæ volatu non voce idem significant. Vnde nec Virgilius hoc secundo loco seruasse proprietatem rei videtur. Oscines enim cantu præpetes volatu extitum significant, contra fausta habentur: habent enim hæc animalia sensum naturalem horum, velut pediculi, qui à mortuis diffugiunt. Vulturi ergo & corvus cadaveribus vesci solent, & ob id illos aduolant, quibus mors imminent. Ex quadruplicibus lupus infestus aut vilulans, canis quoque vilulans: & sus infestus, mortem & violentam prænunciant, vilulatu autem

quamcumque. Canis ut amicus hominibus, lupus ut inimicus, sus ut qui soleat iugulari, & olim sacrificari solitus. Sed lupus si non noceat, neque vilulet, mutationem fortunæ in melius significat. Crocodilus quod lethalis homini hostis sit, & præcipue carna eius mortem prænunciat: sicut testudo præcislo capite, sed hæc difficultem ab euentu: nam per diem supervivit. Si victimæ quæ ad macellum ducuntur occursens peratur, tangaturve, sed magis si percussa, & fugiente sanguine illius in spargatur, violentam mortem prænunciat. Serpens mortuus, quoniam tempus significat, mortem domino prædictit. Formicæ præterea quod sub terra degant, & mortua corpora erodant. Oportet autem multas esse; impar enim prodigium formicæ cum homine: magis autem hominis laboriosi, quod ipsæ eiusmodi sint, valde seni alatae sed mortuæ: nam formica alas non emittit nisi morti propior. Sic & crabones utilis apes hominis frugi, scarabei effossis oculis mortem ex febre ardente prænunciare dicuntur. Bos scelingat manus hominis aut vestem, breuem vitam significat: passus annuum: tanto enim tempore vivit. Pellis quoque mortui animalis mortem præfigit. Vox quoque mortui audita, maximè nominatim vocantis hoc potest. Quod attigit Virgilius dicens.

*Hinc exaudiri gemitus, & verba vocantis.*

*Vixa viri.*

*Et rursus*

*Vidi oculos ante ipse meos, me voce vocantem  
Murriram.*

Ex plantis autem cupressus, Pinus, populus valde, sed & apium, quamvis hoc à consuetudine quadam solum. Hirundo creditur lucrum ostendere domesticum, non tamen proprium ei qui occurrit aut domino. In somnis elephante equitare aut sine naso esse: hæc enim pars primò in mortuis decidit. Fraxea, verò & falcis recta, & securis ac gladius violentæ; ligones quoque perse & cum vespilonibus, & falce curva, mortem significant. Horologij tempus ab animali excussum velut Ciceroni, vel si sponte frangatur aut cadat. Terra motus in domo illa sola sepulchrum sponte hians, quemadmodum Bracæ Patrio Mediolanensi octo diebus antequam interiret. Sed si loco tremoris terræ tonitru diu domui incumbat, si loco contactus bouis, quæ ad macellum ducitur, solum occurrit: si loco aulisi temporis cursus illius in horologio præpediatur aut retardatur, si hiatus vice sepulchrum ex parte frangatur, grauem metum & longum velut in diurno carcere portendit. Dextra quoque pars capitis rala si per somnum videatur, masculorum, sinistra foeminarum interitum significant. Äthiopum occursus semper, vbi raro videri solent, infastus in causa vite habetur. Palmus parvus breuē

tem vitam decernit, metu imminentem mortem, quasi cursu præfinito. Glomi filæ goslypio si sint & dissoluti, breuem vitam ob imbecilitatem, è lino autem non aded, sed tamen portendunt. Colus cum abrupto filo, aut cum fuso in terram, mortis imminentis signum est: sed & laqueus mortem simul atque insidias declarat. Ignis mors per se facta mortem naturalem prædictit, si obrutus sit, aut impetu sublatus, violentam. Quæ etiam ex eo, Olei consumptio, & cinis, moriturorum sunt signa. Littera T apud Hebræos auspicata est, & autem quod est TH mortifera: illa ob Tau, haec ob Θάνατο nomen in hoc genere mali ominis. Similiter & in somnis aurâ priuari vel non spirare ventos: pompam in foro ducere vel suspici in illa, mortem portendit. Sed si sol obscurus in domum cadere visus sit ac extingui, mortem violentam & reperiqnam significat. At stella similiter nigra cadens morbum magnum.

Galea, thorax ferreus, in periculis visa, salutare signum sunt; velut & re ipsa salutem afferunt: testudo quoque alacris, & nemorea magna que, aut pro ratione ætatis tuæ longam sed foedam vitam violentamque mortem aut difficilem decernit. Præterea membra seminis magna, firma, & inter se commoderata, pulchraque, longam vitam & incolumen satisque bearant ac felicem ostendunt: velut prolem, opes, amicos atque honores. Sed quid est quod naturalis vitæ longæ signa sæpius vidi & obseruavi: horum autem qui diu vixerint aut victuri essent, nulla obseruare potui, neque quæ essent, adhuc inuenire quini. Constat enim plures esse, quibus naturaliter longa vita promittitur, casu tamen aliquo ante senectutem ipsam vel non longè in ea procedentibus mors accidit. Nihil ergo tutius quam Genius ut dixi mitis, aut somnium illud pedissequum, aut ex consequentibus velut pronepotum & magnarum rerum successiones, nobis viuentibus.

## CAPVT XXXI.

*Longæ vita præfigia.*

Serpens contra vegetus, latus, & bene habitus longam vitam decernit. Serpentes enim senectam deponunt. Elephas, homo, ceruus, camelus, longam decernunt vitam. Phœnix quoque & cornix & cornu: si tacitus nil agat, sed quasi comitem tur. Sol, luna, sydera alacria, Dij ipsi lati, seu aliquid ab eis acceperis, seu cum illis ambulaueris, seu te alloquantur, seu eos adoraueris, longam & robustam vitam ostendunt. Ex arboreis Quercus, palma, olea, vitis. Ex consequentibus perfipicilia, scipio gibba, nata canities, seu in somnis seu pro miraculo quasi nata, vel obuiam facta. Apes aut formicæ valde vividae in valde etiam sene: horum enim animalium vita longè prolixior, quam natura ferat, seu ad molem, seu temperaturam respicias, cum exsuccæ sint & exangues. Secundum etiam hominem iam mortuum pedetentim, vestigia in illius vestigiis ponendo, longioris vite argumentum est, quod alias timorem incutere posset. Naturalia autem signa sunt, si à timore & tristitia laboribusque arque causis morborum magnorum, aut mortis evidentibus, crura statim exulcerentur aut haemorrhoides apperiantur, indefinensque fluat materia; hoc optimum signum est atque secundum, velut & globoli magni per somnum visi; idque tertium, nam id de astris & Diis potius robustam quam valde longam significat vitam: propriè enim significat incolumentem. Quartum est genius placidus, qui paucis contingit. Indicat & hoc evasio insperata ab ingentibus & manifestis. Apes in Oliua aluarium habentes, sive per somnum, sive in prædio tuo, felicem & valde longam senectam ostendunt: clypeus seu pelta, sed & serra,

## CAPVT XXXII.

*Spei frustrata aut bona.*

FVmus spei frustratæ frustrandæve & per somnum & verè visus, irritam expectationem declarat. Si anguilla aut serpens occurrat, quod vix manibus teneri possint: quantò magis præcisæ manus omnem amputant spem: sed & hoc & serpens præter id etiam malum minantur. Pedibus insistere super aquam, infidum signum, irrita spes, & periculosa negotiatio est. Flores quibus non pro ratione fructus succedunt, exiguo euentus pro magnis expectationibus pollicentur. Inter quos lilia primum locum obtinent, vnde in adolescentia morituris tribuuntur: sic Virgilius de suo Marcelllo.

*Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis.*

Succedunt Garyophylli vocati apud nos, & notæ omnibus rosæ. Vidi quandam nobilem, cui cum filius natus esset in Iulij pene fine, dum rosæ iam pridem atque vno vel altero mense exoleuissent, apparuit in horto matutina præter spem candida rosa, omnibus numeris absoluta: vnde magnam ipem de illo concepit: nec frustratus est eo usque, donec per gradus ad urbis Archiepiscopatum nostræ accederet, atque in eo flore cum nondum ad possessionem admissus esset, in quadam exilij specie, extra patriam dolore mortuus est. Violæ minores spes, & non minus inanem expectationem, tamen eadem ratione ostendunt. Sic & aliorum metieris euentus, vt in liliis conuallium. Inanem etiam spem declarant frigus & nix in æstate, pruina vete, calor in hyeme: cui enim bono; seu per ostendunt

tum seu somnium. Ara non solum spem omnem decidisse ostendit, sed calamitatem eiusmodi imminere, quæ solo diuino auxilio levari possit.

Diversis autem modis de spe consulabant Iudei, Græci, Romanique ex Hetrusca disciplina. Iudei igitur Pontifices adamantem insignem & purum inter duas iubaragdos auro circumdataum ac colligatum pro monili gestabant: cum opus erat, primum peracto sacrificio, conceperantque precibus inspiciebant adamantem: si enim rutilabat lætus, futurum quod sperabatur, certum erat indicium: si non mutabatur, votum irritum: si sanguineus appareret, cædem: si niger, exitum mortem atque omnia mala. Cum vero sapius immundi ad hæc accederent, animoque doloso, non solum corporis flagitiis coinquinati, sapius gentilibus frustabantur: quod Deus magis oderit malos & fucatos homines, quam Cacodæmon. Et qui Cacodæmoni illudit, adhuc ei superefse potest spes apud Deum, sed qui Deo & hominibus, apud quem vel qualis superefse spes potest? Græci igitur suis oraculis fidem adhibebant, inter quæ celebratissimum fuit Delphicum: inde Antrum Trophonij: Ammonis Iouis, & Domponeum. Romani vero per sacrificia victimarum exta scrutabantur. Quod si litare non potuissent, irritam spem futuram conjectabantur. Supra autem diximus, quid esset litare. Apex iecoris caput extorum dicebatur, hoc si decesset dirum & inauspicatum, & omnia ruitura prænunciabat. Defuit Galba, defuit Domitiano Cæsaribus, qua die occisi sunt. Maiore miraculo si cor defit, iure habitum est: quod nullum animal sanguine prædirum corde carere possit. Defuit ramen C. Cæsari mense antequam occideretur: Helvio autem pertinaci eâ ipsa die. Nec solum in bobus quos præpingues eligebat qui poterant, sed in gallinis pauperibus Aruspices iecur, & cor, atque interiora scrutabantur, atque per illa prædicebant. Litabant quoties adesse lœta, pinguia, incolumia forma & situ, quo adesse solent.

Prospera & auspiciata fulmine cadens aut stella illustris: nam à Deo missa videntur, maximè in his quæ ad famam & gloriam potentiamque pertinent. Flamma quoque lœta, & insperato exurgens bonum & prosperum euentum prænunciat. Velut &

flores quibus fructus maghi & odorati succedunt, velut mali medici, cotoneorumque: sed & punicorum insignis magnitudinis, vitis & oleæ in modica spe, magnum gaudium. In causa inimicorum & suspitionis veneni, Ibis avis metum irritum denunciat: est autem Ibis ciconiæ species adunco rostro, & nigro: sed & pro omni ciconia & grue etiam accipi potest. Si autem insidet capiti crocodili vel serpétis, in omni causa auspicatum est: seu somnium seu verè visum, ostenditque de inimicis vietoriam. Lapis quoque magnus è cælo cädens felicitatem magnam prædicet: sicut ille qui cecidit iuxta Aegon, plures & parui duros labores. Sella securitatem significat: ea triplex est, à Deo; secunda ab hominibus vt Regū tutela: & communis quæ casu accedit, quoniam finis eiusmodi est. Stellæ vero cohærentes malo in tempestatibus geminæ salutem portendunt, longè experientia id obseruatum est, sed potius ignes quæ stellæ appellandæ. Quapropter & in somniis visæ, conflictatis auxilium signant. Quod si fortuna temponem regens in somniis apparuerit, status restitutioinem declarat. Binæ anchoræ stabilem rerum suarum conditionem bonamque portendunt. Maleus significat irritamenta malorum: teria, laquei, hamæ, insidias, vt etiam alia quæcumque ad decipiendum animalia fabricantur, velut nassa, arcus, fouæ, musciculae; cuneus vero peracta dissoluit, ob id malis in casibus bonus, bonis in successibus malus. In vniuersum boni omnis est in singulis rebus, dum anima pura est, alacritas quædam ad negotium, vt Deo commendès, neque verearis improborum solertia, nam non tanti est vt creditur iniqua cogitatio, neque ad finem consequendum, neque finis ipse.

Plantæ siccatae & reuirescentes, & quæ ceciderant resurgententes, magnam portendunt felicitatem. Natas etiam sponte; Palmam, Oliuam, laurum, Myrtum, vitem, Quercum, latus aut coronarias arbores pro optimo habent auspicio. Sed non eadem ratione: nam si latæ, quid mirum? è glande palmæ aut surculo nasci arborem: si absque principio proprio nō mirum sed miraculum: velut & hominem è limo nasci: quapropter aut non credendum, aut minoris auspicij, quam vt certus credatur euētus.